

~~a. 23.~~

512.

Dv 5313<sup>2</sup>

Dv 1326<sup>2</sup>

519

K.

1111.a.102

28637



*Lkumykin.*

*L. Klemm. St. 1.*

# PHARMACOPOEA EXTEMPORANEA,

EXHIBENS  
COMPOSITIONES  
MEDICAMENTORUM,  
AD OBSERVATA ET PRINCIPIA RECENTIORUM  
ACCOMMODATAS,  
PRO USU TAM INTERNO QUAM EXTERNO,

C U M

EARUNDEM VIRIBUS, DOSIBUS

ET  
MEDICORUM EXPERIENTISSIMORUM,  
QUIBUS COMMENDANTUR,  
TESTIMONIIS,

ADDITA

## APPENDICE INDICUM,

QUA LOCI,

UBI MEDICAMENTA SIMPLICIA PHARMACOPOEAE  
BORUSSICAЕ IN PHARMACOPOEAM EXTEMPORANEAM  
RECEPTA SUNT,

NEC NON

M O R B I ,

IN TOTO OPERE COMMEMORATI,  
ORDINE ALPHABETICO ENUMERANTUR.

AUCTORE

FR. LUD. AUGUSTIN,

MED. ET CHIR. DOCTORE,  
REGIS BORUSSIAE CONSILIARIO REGIMINIS  
CRUCIS FERREAE SEC. CLASSIS EQUITE.


---

EDITIO SECUNDA, AUCTA ET EMENDATA.

BEROLINI,

APUD IOANNIS GUIL. SCHMIDT VIDUAM.

1822.



---

## P r a e f a t i o .

---

Medicamentorum compositions a medicis experientissimis, recentioris potissimum temporis, comprobatas colligere, morbos, quibus opponendae sunt, indicare, auctorum pro singulis testimonia tradere, adeoque celebratissima remedia tirones docere, medicis vero in memoriam revocare, hujus libri scopus fuit. Quem finem attigisse auctor gavisus est, cum editio prima, tanquam utile repertorium et manuductio ad rectum medicamentorum in compositis usum, recepta et penitus distracta fuerit. Quo facto, cum editor alteram suspicere proposuit, hanc emendare omnibusque compositorum formulis, quas et in ultimo decennio medicorum experientiae praebuerunt, locupletari studuit auctor. In hoc agendo non solum testimoniis aliorum, sed etiam propriae experientiae fisus est. Hinc ubi contrarium non indicatur, de laude singulis compositionibus imperita auctorem propria observatione convictum esse, credas.

Experientiam unice, nec systema quoddam falax secutus, auctor alias etiam compositions recepit, quas pro antiquatis habere possis, quarum effectum autem propria eum experientia docuit, imo et alias, quae nimiam remediorum copiam amplecti videntur, quas vero nihilominus ita tradendas esse auctori visum est, ut experientia efficacissimas de-

monstravit, additis quandoque simplicioribus earumdem formulis.

Ne abusui ansam praebeat hic liber, nec Agyr-  
tis et medicastris in manus veniat, latinum idioma  
retinuit auctor, in nomenclatura Pharmacopoeam  
Borussicam, tanquam Germanis notissimam, secutus.  
In commemorandis morbis, quibus compositiones  
laudatae opponendae sint, completam et omni ex-  
parte absolutam affectuum, in quibus singulam com-  
positionem adhibere liceat, enarrationem tradere  
noluit, sed eos nonnisi morbos indicare potuit, qui-  
bus compositum laudatum eminenter et praet aliis  
mederi valet. Uberior indicationum expositio in-  
stitutionibus therapiae specialis relinquitur.

Contenta hujus libri dividuntur in tres partes,  
quarum

*prima* exhibet formulas medicamentorum com-  
positorum pro usu interno,  
*secunda* formulas pro usu aegrotorum diaetetico,  
*tertia* formulas pro usu externo.

Finem faciunt indices alphabetici 1) nominum  
medicamentorum, in formulas receptorum, ut statim  
methodum ea convenienter adhibendi intelligas,  
2) morborum, de quibus in annotationibus ad for-  
mulas sermo est, ut invenias remedia hisce morbis  
potissimum opponenda.

Caeterum et alteram hujus libri editionem lecto-  
ri benevolo commendat auctor, spe fretus, fore ut  
eadem medicorum commodis pariter consultatur ac  
prima jam editione et olim similibus *Fulleri*, *Pi-  
deritii*, *Vogleri* aliorumque operibus factum est.

EX

AD O

ME

CU

in.  
yr.  
na  
um  
is.  
es  
ex  
m-  
re  
ni.  
iis  
n.  
in.  
s,  
m-  
n.  
o,  
m-  
m.  
s,  
r-  
is  
o-  
ut  
ic  
i-  
st,  
A

PHARMACOPOEAE  
EX TEMPORANEA E

PARS PRIMA,

EXHIBENS

FORMULAS,

AD OBSERVATIONES ET PRINCIPIA RECENTIORUM

ACCOMMODATAS,

MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM

PRO USU INTERNO,

CUM HORUM VIRIBUS ET DOSIBUS.

A

PHILIPPO  
BASILEIENSIS  
TATIS PRAE  
POLMUS  
AD OCTAVIANUM RECENSIT  
ETATAMONICA  
MILOTHEM  
OLO PARVUS  
CJU HOMINIS VITRIBUS ET DISCRIB

R

Mi  
he

R

que  
mic  
tan  
cen  
Me  
typ  
huj  
Co  
sch

---

### Acetum Belladonnae.

Radicis Belladonnae sectae et nonnihil siccatae Unciam unam et dimidiam.

Aceti vini concentrati Libram.

Macerentur per 14 dies. Coletur.

Hujus aceti efficaciam in hydrophobia celebrant Münch von der Belladonna. Götting. 1785. et Wilhelm Pharmacopoea Wirzeburgensis 1796.

---

### Acetum camphoratum.

Camphorae Drachmam, teratur in mortario lapideo cum

Spiritus Vini rectificati Guttis viginti,

Sacchari albi Unciis duabus.

Probe tritis affundantur

Aceti destillati Unciae decem.

M — Loco unciarum duarum Sacchari addere quoque licet Gummi Mimosae et Sacchari ana Unciam dimidiad. Egregium est remedium diaphoreticum et incitans, vel aquae florum Sambuci aliisve mixturus admiscendum, vel merum ad cochlear parvum praescribendum. Merito laudatur a Swietenio in angore et spasmis in typho, ubi omni hora cochlear sumi jubar. De iisdem hujus remedii viribus conf. de Man vom Faulieber in Collenbusch merkwürdigen Abhandlungen holländischer Aerzte. 1 Bd. 1 St. Leipz. 1794. pag. 119.

---

### Acidum hydrocyanicum vegetabile.

℞ Olei Amygdalarum amararum aetherei re-  
cens parati Drachmam,  
Spiritus vini alkoholisati (o, 815 ponderis  
specifici),  
Aqua destillatae ana Drachmas novem.

Haec compositio praebet acidum hydrocyanicum rite pa-  
ratum, minus variabile quam id, quod solito modo con-  
ficitur et analogum acido borussico methodo Vauque-  
lini parato. Schrader (Berliner Jahrbuch der Phar-  
macie 1821) et Schubarth in Hufeland's Journal der  
pract. Heilk. Januar 1821. — Egregium de hujus acidi  
usu, in phthisi, haemoptysi, tussi irritativa, et morbis  
nervorum cum aucta sensibilitate, complures medicorum  
recentiorum viderunt effectum. (conf. Joh. Jos. Sei-  
del Diss. sist. acidi hydrocyanici ejusque indolis vene-  
natae Specimen historicum. Breslau 1818. J. A. Man-  
zoni de praecipuis acidi prussici et aquae cohobatae  
Laurocerasi medicis facultatibus. Patavii 1818. v. A. B.  
Granville observations on the internal use of the  
hydrocyanic acid in pulmonary complaints, chronic ca-  
tarrhs, spasmodic coughs, asthma, hooping cough and  
some other diseases. Lond. 1819 et versionem hujus li-  
bri germanicam). Sed cautissime adhibendum est, cum  
vel guttae aliquot deleterios edere possint effectus, hinc  
dosis minutissima sit, aqua satis diluta. Quare etiam in  
usu Aquae Laurocerasi vel Aquae hydrocyanici (v. infra)  
interim persistere suadet Hufeland l. c.

### Aether cypriacus.

℞ Cupri sulphurici quantum placet,  
solve i

Aqua destillatae partibus duodecim.

Liquori per chartam colato instilla,

Liquoris Kali puri quantum ad praecipitationem cupri oxydati opus est.

Praecipitatum sedulo ablutum solve in  
Acidi muriatici quantitate sufficiente.

Solutioni adde  
Acidi nitrici partem sextam (acidi muriatici adhibiti.)

Evapora liquorem viridem perpetua agitatione  
ad siccum. Massam viridi-fuscam in locum humidum repone, donec in liquorem coloris viridis saturati deliquerint. Hunc conquassando  
misce cum

Aetheris sulphurici triplo.

Aetherem coloris viridi-smaragdinei hoc modo paratum  
in vitris bene obturatis serva. — Ubiunque cuprum  
interne adhibendum medico videtur e. g. in epilepsia,  
affectibus syphiliticis inveteratis etc., hoc præparato,  
quod Johnius proposuit (Berliner Jahrbuch der Phar-  
macie 15ter Jahrgang 1811) uti licet. Teste hoc auctore  
remedium in nosocomio Charitatis Berolinensi adhibi-  
tum syphiliticis profuit.

Simili modo caetera quoque salia metallica aetheri  
jungere, adeoque eorundem effectum penetrantem magis  
et validum reddere licet. Ita Aether mercurialis  
paratur miscendo et agitando hydrargyrum muriaticum  
corrosivum cum aethere sulphurico, et Aether Zinci  
ex solutione Zinci in acido muriatico, deinde evapo-  
randā, siccanda et in retorta amplicolla sublimanda,  
quo factō massa alba crystallisata aetheri sulphurico  
modo supra dicto jungitur. Conf. observationes Ill. Hu-  
feland über die Metallaether im Journal der pract.  
Heilkunde. Jahrgang 1810 et Diss. de naphthis artificia-  
libus præside Joh. Henr. Theod. Schreger def.  
auct. Fr. Gottl. Aug. Ficker. Viteb, 1811. 4.

Aether phosphoratus, vid. Naphtha  
phosphorata.

Alumen kinosatum.

(*Pulvis stypticus Dispens. Fuldense pag. 251.*)

Rx Aluminis crudi Uncias duas,  
Kino subtilissime pulverati Unciam unam.  
Solvantur in sufficiente quantitate aquae fontis; solutio  
ad cuticulam evaporata ad crystallisandum reponatur;  
crystalli siccata exhibeantur a granis sex ad viginti. —  
In haemorrhagiis et diarrhoeis colliquativis salutare.

Aqua amara.

Rx Aquae Cardui benedicti Uncias decem,  
Magnesiae sulphuricae Unciam,  
Liquoris Ammonii carbonici aquosi,  
Acidi sulphurici diluti ana Guttas quin-  
decim.

In regione Mantuana haec compositio pro efficaci anti-  
pyretico habetur, vid. J. P. Frank interpretationes cli-  
nicae Part. 1. 1812.

Aqua aromatica cum Moscho.

Rx Moschi Scrupulos quatuor,  
Tritis probe cum  
Sacchari canariensis Drachmis duabus,  
stillatim affunde  
Mucilaginis Gummi Mimosae Uniciam di-  
mid.

Aquae Cinnamomi simplicis,  
 — Menthae piperitae ana Uncias duas,  
 — aromaticae Drachmas duas.

M. S. Cochleatim sumenda. Anodynum efficax in morbis asthenicis. Egregie laudatur in Cardialgia a Roberto Whytt (von Nervenkrankh.)

### Aqua aromatica cum Opio.

R Aquae Cinnamomi simplicis Unciam,  
 — Melissae Uncias duas,  
 Tincturae castorei Guttas viginti,  
 — Opii crocatae Guttas decem,  
 Syrupi opati Unciam dimidiam.

Cochleatim sumenda in morbis nervosis, spasticis. Praecipue in colica a mensium retardatione et spasmis ute-  
 rinis post partum egregie laudatur a Pressavin (von  
 Nervenkrankh.)

### Aqua barytica.

R Barytae muriaticae Drachmam dimidiam,  
 solve in  
 Aquae destillatae Uncia una.

Datur a guttis viginti ad sexaginta bis, ter vel quater in die. Viribus gaudet antiscrophulosis, vermiculis. cf. Schmidt Diss. de Baryte muriato, Lips. 1793. Hufeland Darstellung der salzauren Schwererde, Berl. 1794. Buchholtz chemische Unters. der Schwererde. Weimar 1792. Petermann de terra ponderosa salita. Jenae 1793. — Nuper hoc remedium in majori dosi, addita Tinctura Opii crocata laudatum est tanquam efficacissimum in dolore faciei Fothergilliano. (conf. Leipz. Litt. Zeit. no. 66. 23. Mai 1804.)

### Aqua camphorata.

℞ Sacchari albi Drachmas sex,  
solve in

Aquae purae Unciis quatuor,  
terendo adde

Camphorae Drachmam dimidiam.

M. D. Omni bihorio cochlear dimidium ad integrum.  
Collinus (Camphorae vires, Vienn 1773.) usque ad unciam hujus aquae quater in die dedit erga gangraenam  
cum eventu felicissimo.

### Aqua Calcariae sulphurato-stibiatae.

℞ Calcariae sulphurato-stibiatae Drachmas duas,  
coque cum

Aquae fontanae Libris quinque ad remanentes Libras quatuor.

Ceu antirheumaticum et antipsoricum efficax haec aqua,  
intra tres vel quatuor dies sumenda, celebrata fuit (cf.  
Hufelands Journal, III. Bd. 4 St. IV. Bd. 1 St. Bremser diss. de Calce antimonii cum Sulphure. Jen. 1796.)  
— Sed effectus ejusdem exspectationi et promissis haud responderunt, quare nunc rarius in usum vocatur.

### Aqua Carolina factitia.

℞ Natri sulphurici recenter crystallisati Gra-  
na centum et nonaginta unum,

Natri carbonici recenter crystallisati Gra-  
na centum et viginti septem,

Natri muriatici puri Grana triginta novem,  
Aquae ferventis Mensuram (uncias 36);

solutis adde

Aquae Selteranae Mensuram,  
quo facto vas sedulo

clausum in aliud aqua fervente repletum ponatur. Author hujus surrogati thermarum carolinarum fuit M. H. Klaproth (Beiträge zur chemischen Kenntniß der Mineralkörper. VI. Bd. 1815.)

**Aqua Cupri ammonio-muriatici (antimiasmatica).**

R<sup>c</sup> Liquoris Cupri ammonio-muriatici (hujus Pharmacopoeae extemporaneae) Drachmas sex,

dilue cum

Aquae simplicis destillatae Unciis viginti.

Egregium Cupri ammonio-muriatici effectum antisyphiliticum, praecipue ubicunque hydrargo minus uti licet, nuper testasti sunt J. Köchlin in Med. chir. Zeitung 1818. no. 31. 32. et Schubart (in Graefe et Walther's Jurnal für die Chirurgie 1sten Bandes 4tes Stück 1820). Dosis aquae cupri ammonio-muriatici est pro infantibus minoribus cochlear parvum, adultis cochlear manus bis in die, post prandium et coenam sumendum. — Ad usum externum in ulcera syphilitica huic aquae admisceatur hydrargyrum muriaticum corrosivum.

**Aqua foetida.**

R<sup>c</sup> Galbani Unciam unam et dimidiam,

Asae foetidae Drachmas sex,

Radicis Valeriana min. Unciam,

— Angelicae Unciam dimidiam,

— Zedoariae Drachmas tres,

Seminum Cumini Unciam dimidiam,

Myrrae Drachmas sex,

Herbae Menthae crispae Unciam,

S. C  
opii C  
doses med  
form mas  
adhil duab  
ex s duab

**Herbae Menthae piperitae,**

— Serpilli ana Unciam dimidiam,  
Florum Chamomillae romanae Uncias duas,  
infunde

Aquae fontanae Libras quinque,  
Spiritus Vini Libram unam.

Digere et destilla ad colaturam librarum trium, singulis  
cochlearibus sumendam.

— Compositum dispensatorii Pragensis, quod in af-  
fectibus spasmodicis summe commendavit Rob. Whytt  
loco citato.

**Aqua hydrocyanica.**

**Rx** Olei Amygdalarum amararum aetherei re-  
cens parati Drachmam,  
Spiritus Vini rectificatissimi Unciam unam  
et dimidiam,  
Aquae destillatae Uncias sedecim et dimi-  
diam

Propter varium et inaequalem aquae Laurocerasi pa-  
randi modum, hancce compositionem, cum aqua Lauro-  
cerasi bene parata convenientem, illius loco commen-  
dant Schrader im Berliner Jahrbuch der Pharmacie  
1821 et Schubarth in Hufeland Journal der pract.  
Heilk. Januar 1821. In usum vocanda est haec aqua,  
ubicunque aqua Laurocerasi utitur. Dosis guttarum de-  
cem ad viginti.

**Aqua kalina.**

**Rx** Kali carbonici Drachmam,  
solye in  
Aquae destillatae Unciis quatuor.

Rx

Huj  
mati  
Jou

Rx

Ant  
fект  
in  
let

S. Omni bihorio cochlearia duo et interim Tincturae opii crocatae guttae decem. — Alternas Kali et Opii doses spasmis et convulsionibus opposuit Stütz (Salzb. med chir. Zeit 1800, 1. St. No. 6.) easque, secundum formulam modo descriptam, in convulsionibus efficacissimas invenierunt Brünningshausen et Friedreich, adhibitis simul enematis ex Kali carbonici Scrupulis duabus cum infuso florum Chamomillae et epithematibus ex solutione Unciae Lapidis caustici in aquae libris duabus.

### Aqua Kalino-aetherea.

**Rx** Kali carbonici Drachmam,  
solve in  
Aquaee Menthae piperitae Unciis quatuor,  
adde  
Spiritus sulphurico-aetherei Scrupulos duos.  
Syrupi communis Unciam dimidiam.

Hujus mixturae Cochlear profugando paroxysmo asth-  
matis acuti egregium invenit Wolff vid. Hufeland  
Journal der prakt. H.K. XVIII. Bd. 1. St. p. 49.

### Aqua Kali sulphurati.

**Rx** Kali sulphurati Drachmam,  
solve in  
Aquaee destillatae Libra,  
adde  
Sacchari Drachmam.

Antidotum Arsenici pro potu sumendum, Ejusdem ef-  
fectus sunt Kali sulphurati siccii grana quinque ad sex  
in succo quodam non acido. (Experientias v. in Mül-  
lers Orthodoxie und Heterodoxie, pag. 178.)

**Aqua Laurocerasi cum Belladonna;**

℞ Extracti Belladonnae Grana tria,  
Aquae Laurocerasi Drachmas duas.

Dosis guttae quinque ad decem paulatim augendo. — Remedium in vomitu chronicō scirrum ventriculi minante efficacissimum, conf. Hufeland Journal der pract. Heilk. 1815. Novbr.  
vel:

℞ Extracti Gratiolae Drachmas duas,  
— Belladonnae Grana decem,  
Aquae Laurocerasi Unciam.

Dosis ter in die guttae viginti quinque. Laudatur praecipue ad curam Melancholie cum nimia idearum et actionum inconstantia et vicissitudine inquieta a Neubbeck et Jahn (Klinik der chronischen Krankheiten, 1815, pag. 145).

**Aqua marina factitia.**

℞ Aquae destillatae Modum,  
Natri muriatici Grana viginti quatuor  
Magnesiae sulphuricae Grana quatuor,  
Calcariae sulphuricae,  
Magnesiae carbonicae,  
Calcariae carbonicae ana Grana quindecim.

Misce immittendo simul Gas carbonicum. — Aquae marinæ, vel hujus succedanei tanquam remediū deobstruentis praestantis usum internum commendant Bouillon Lagrange et Vogel in Tromsdorff's Journal der Pharmacie 24, Ed. 1, St. Leipzig 1815.

**Aqua oxygenata, vid. Mixtura muratrico-acida.**

### Aqua Tartari stibiati,

(emetica.)

**R** Tartari stibiati Grana tria.

Aquae destillat. Uncias duas et dimidiam.

Oxymellis scillitici Unciam dimidiam.

M. Dosis: dimidia pars uno hausto, alterius partis vero omni quadrante horae cochlear, donec vomitus inse-  
quitur.

### Balsamum aethereum.

**R** Olei Terebinthinae sulphurati,

Aetheris sulphurici ana Drachmam dimid.

Olei animalis aetherei Guttas sex.

Egregie laudatur a Bückingio (Med. Nationalzeitung  
für Deutschland 1798) in colica aquosa sive ructibus  
aquoso-pituitosis ex atonia ventriculi. Dosis guttae  
duae ad decem ter in die saccharo vel aquae pauxillo  
sumendae.

### Balsamum terebinthinatum.

(adstringens Dispens. Fuldens. p. 72.)

**R** Terebinth. venet. Drachmas tres.

Acidi sulphurici concentrati Drachm. quin-  
que.

Misceantur in vitro aperto, iisque successiva-  
addantur

Spiritus Vini rectificati Unciae tres.

M. exakte fiat Balsamum, in haemorrhagis sistendis a  
quindecim ad triginta guttas praescribendum, simulque  
externe applicandum.

### Bolus Hydrargyri.

**R** Hydrargyri vivi Grana decem,  
Conservae rosarum Scrupulum.

Terantur simul, donec globuli hydrargyri perfecte dispa-  
uerint, et fiat bolus. Laudatur a Girtannerio (ve-  
ner. Krankh. p. 449.) sub nomine boli coerulei.

### Bolus ex Hydrargyro glycyrrhizato.

**R** Hydrargyri puri Grana decem,  
Succi Liquiritiae depurati Scrupul. unum.

Terantur simul, donec globuli hydrargyri perfecte dispa-  
uerint. Fiat bolus pro una dosi. (Swediaur.)

### Bolus ex Hydrargyro oxydato rubro.

**R** Hydrargyri oxydati rubri,  
Opii ana Granum unum et dimidium,  
Succi Liquiritiae depurati q. s.

M. f. bolus. Commendatur a Swediaur. Sed nimia  
fere haec est praecipitati rubri, rarius quoque in usum  
vocandi, dosis.

### Bolus ex Rore marino.

**R** Pulveris Herbae Roris marini Drachmam  
dimidiā,  
Ferri limati,  
Pulveris Myrrhae ana Grana decem,  
— aromatico Grana duo,  
Syrupi Corticum Aurantiorum quant. suffic.

ut fiat bolus, quem superbibendo cyathum infusi raphani rustici, mane et vespere sumendum suasit in Mania et Melancholia ex amenorrhoea foeminarum W. Perfect (Annalen einer Anstalt für Wahnsinnige, übers. Hamb. 1804, pag. 173.)

### Bolus ex Sabina.

**R** Hydrargyri muriatici mitis Grana duo,  
Extracti Sabinae l. a. parati Grana qua-  
tuor,

Syrupi Rhoeados q. s. f. bolus;

— quem in mania ex amenorrhoea efficacissimum inve-  
nit Perfect (loc. cit.) vel:

**R** Conservae Sabinae \*) Drachmam dimidiam  
ad integrum,

Syrupi domestici q. s.

M. f. bolus, quater in die sumendus, qui in arthritide  
summe commendatur a Ravio (v. Ej. Beobachtungen  
und Schlüsse aus der pract. A. W. & Thle, Münster  
1799.)

### Cerevisia Colocynthidis.

**R** Pulpae Colocynthidis Drachmas duas,  
coque cum

Cerevisiae Libris duabus ad unam.

Colatura

D. Dosis ter in die cochlear unum ad duo. Praestans  
diureticum in hydrope cf. Hufeland Journ. V. Bd. I.

\*) Paratur autem conserva Sabinae, dum foliorum Sabinae  
recentium et Saechari partes aquales in mortario lapi-  
deo contunduntur.

St. qui simul efficaces invenit Tinclurae Nicotianae Fowleri omni bihorio 40 ad 100 guttas.

### Decoctum Althaeae.

Radicis Althaeae concisae Unciam,  
Aqua Libras duas cum dimidia, coquē ad  
remanentes colaturaē Libras duas.

Detur vasculatim saepe, Salutare in morbis pectoris re-  
medium, demulcens, involvens.

### Decoctum Althaeae cum Ammonio mu- riatico.

Radicis Althaeae Unciam unam,  
coq. cum  
Aqua fontanae q. s.  
Colaturaē unciarum duodecim adde  
Ammonii muriatici Drachmas duas,  
Succi Liquiritiae depur. Drachmas sex.

M. S. Omni bihorio cochlear. — Expectorans antiphle-  
gisticum in pneumonia hyperstheica et tussi catarrhalis  
promovendis sputis efficax.

### Decoctum Chinæ saturatum.

Decocti corticis Chinæ Uncias octo,  
Extracti Chinæ frig. parati Unciam dimi-  
diam.

In febre intermitente quamvis in genere pulvri Chinæ usus præferendus sit, tamen in quibusdam ventri-  
culis eundem non perfert. Hic decoctum Chinæ ita sa-  
turatum optimi effectus est. Dosis omni hora vasculum  
dimidium.

### Decoctum Chinae cum Aluinine.

**R** Pulveris Corticis Chine Unciam unam et dimidiam.

Coque cum Aquae fontanae Unciis viginti ad remanentiam Unciarum decem.

In colatura solve Aluminis crudi Drachmam,

adde

Syrupi Ribium Unciam.

M. D. S. Omni bikhori vasculum dimidium. Prodest in symptomatibus colliquativis morborum asthenicorum, praesertim Typhi. (cf. simul Elixir extracti campechiensis, Pulvis adstringens.)

### Decoctum Chinae cum Arnica.

**R** Pulveris Chine Unciam,

Summitatum Arnicae Unciam dimidiam, coque cum

Aquae fontanae Unciis viginti quatuor ad remanentiam Unciarum duodecim, sub finem coctionis adde

Pulveris Serpentariae Drachmas tres, Colatura adde

Syrupi Corticum Aurantiorum Unciam.

In Typho cum diarrhoea et inflammatione asthenica secundum Collini et Stollii experientias Dosis omni bikhori vasculum dimidium cum vino.

### Decoctum Chine cum Serpentaria.

**Rx** Pulveris Corticis Chine opt. Unciam unam.  
Coque cum

Aquae fontanae Unciis sedecim ad rema-  
nentiam Unciarum octo.

Sub finem coctionis adde

Pulveris radicis Serpentariae  
— Valerianae sylv. ana Drach-  
mas duas.

Digerantur. Colatura refrigeratae adde  
Spiritus sulphurico-aetherei Drachmam di-  
midiam (ad integrum.)

M. S. Cocleatim omni hora vel biorio. Validum in-  
citan. Typho acuto, summisque astheniae gradibus op-  
ponendum.

### Decoctum Colocynthidis.

**Rx** Pomorum Colocynthidis Drachmas duas,  
ebullient per sex minuta cum

Aquae simpl. q. s.

Colatura Libri unius adde

Spiritus sulphurico-aetherei Drachmas duas,  
Syripi Corticum Aurantiorum Uncias duas.

M. D. S. Ter in die cochlear. In hydrope pectoris  
hocce decoctum summopere commendat Buchhave  
Acta regiae societatis medicæ havniensis. Vol. III.  
Havn. 1792. Ubi nimium laxando agit, doses minuen-  
dae sunt.

a.  
nam.  
ema-  
rach-  
e  
am di-  
)  
lum in-  
bus op-  
  
duas,  
as duas,  
as duas.  
pectoris  
ch have  
Vol. III.  
minuen-

### Decoctum Cucumerum cum Extracto Nucis vomicae.

**R** Extracti Nucis vomicae Drachmam dimid.  
Decocti Cucumeris Uncias sex,  
Olei lini vitello ovi subacti Unciam unam,  
Mellis sinceri Unciam dimidiā.

**M. Dosis.** Omni bihorio cochlearia duo. Ut optimum  
remedium in omnibus gonorrhoeae stadiis commendatur  
ab Handelio (in Hufeland's Journal der pract. Heilk-  
kunde, X. Bd. 1. St.)

### Decoctum Digitalis.

**R** Herbae Digitalis purp. Unciam unam,  
Coque in  
Aquae fontanae Libra una et dimidia,  
Colaturaे Unciarum octo adde  
Spiritus Vini Drachmam dimidiā.  
Hujus decocti Unciae unī adde  
Aquae Menthae piperitae  
— Petroselini ana Uncias duas.

**M. Dosis** omni bihorio cochlear. Hujus Digitalis præ-  
parationis virtutem antihydricam egregiam invenit  
Lentin (in Hufeland's Journal der prak. Heilk. XIII.  
Bd. 4. St. et in Ipsius Beiträgen zur ausübenden A. W.  
Drittem Bande pag. 97)

Fowlerus tale decoctum addita Tinctura Cinna-  
momi vel Cardamomi in phthisi pulmonali apprime com-  
mendat. (v. medical and physical Journal, Lond. 1798.)

Sequens Decoctum hydropi cum successu opposuit  
Warren (Lond. medical. Journal Vol. VII. v. Michaelis  
med. Bibliothek Tom. I. pag. 197.)

**R.** Foliorum Digitalis purpureae recentium  
Uncias tres,

coque cum

Aquae fontanae Libra una cum dimidia.

Colaturaem Unciarum novem adde

Aquae Juniperi,

Syrupi Corticum Aurantiorum ana Unciam  
unam et dimidiam.

**S.** Omni quadrihorio cochlearia duo sumenda, donec  
vel vomitus vel alvi dejectio vel urina frequens inse-  
quitur.

### Decoctum Dulcamarae.

**R.** Stipitum Dulcamarae Drachmas duas.

Coque cum

Aquae fontanae Libris duabus ad remanent.  
Librae unius.

Colat. S. Quater in die tres unciae. In rheumatismis  
chronicis pertinacibus egregie laudatur ab Hallenberg  
in diss. de stipitibus dulcamarae et Baldingeri Ma-  
gaz. III. Bd. 1. St.

### Decoctum Dulcamarae compositum.

**R.** Stipitum Dulcamarae Unciam dimidiad,  
Radicis Liquiritiae,

— Bardanae,

Ligni Sassafras,

— Guajaci ana Drachmas duas.

Coque cum

Aquae fontanae Libris duabus. Colatura Un-  
ciarum sedecim

D.  
nici,  
ficae

R

S. co  
(cf. P

odo  
al .

R

Teste  
tuto c  
decoc  
tinuate  
mano  
ante n  
tenelli  
ave d

D.— Consumatur in uno die, rheumatisimi violenti chronicis, vel syphilitidis, vel morbi mercurialis ergo, ubi efficacius expertus sum, quam aliqui volunt.

### Decoctum Hellebori.

R Fibrillarum radicis Hellebori nigri Drachmas duas ad Unciam dimidiam, coque cum

Aquae font. q. s.

Colatura. Unciar. octo adde

Kali tartarici Unciam unam,

Mellis despum. Uncias duas.

S. cochleatim. In melancholia cum fructu praescriptum.  
(cf. Reil Fieberlehre IV.)

### Decoctum Helminthochorti.

R Helminthochorti Unciam dimidiam,

Herbae Gratiolae Drachmam,

Aquae communis Uncias sex.

Misce, coque. Colatura. Unciarum quinque  
adde

Ferri sulphurici Drachmam dimidiam,

Mellis despumati Unciam dimidiam.

Teste Fr. Wendt (formulae medicamentorum in instituto clinico Erlangensi usitatorum. Erf. 1807. pag. 5.)  
decocutum hoc vermes, et taeniam quoque sub usu continuato, necat et expellit, ita ut drastica et corpori humano infesta anthelmintica supervacanea reddat. Datur ante meridiem quovis bihorio cochlearis mensura, sed in tenellis minor dosis, aetati accommodanda. Si una altera dose alvum jam moveret, seponitur. Quod si quis

amaritatem Gratiolae reformidet, Sennae folia substituere et aequali pondere cum helminthochorto praescribere licet.

### Decoctum Hydrargyri vivi.

(anthelminticum Rosensteinii.)

R Radicis Graminis Unciam dimidiā,  
Flavedinis Corticum Aurantiorum Drachm.  
dimidiā,

Coque cum

Aqua fontanae Libris octo  
donec remanserit quarta pars; cola et adde  
Hydrargyri vivi Uncias duas.

Iterum coque lenius in vase terreo tecto, agitando saepius Hydrargyrum bacillo ligneo et denique decantetur decoctum. — Porrigitur pueris verminosis ab unciis octo ad libram unam vel solum vel cum lacte mixtum. In enematis quoque adhibetur. — Simplicissimam hujus loco etiam praescribere licet formulam: R. Hydrargyri vivi Uncias tres, coque cum Aqua Libris duabus ad remanentiam Librae unius. — Unū potū ebibendum. — Sed in utroque cavendum, ne plumbō mangonisatum adhibeat hydrargyrum.

### Decoctum Hordei cum Nitro.

R Decociti Hordei Libras duas,  
Kali nitrici Drachmam,  
Oxymellis simplicis Unciam.

M Pro potū ordinario in hyperstheniis, optimum antiphlogisticum.

### Decoctum Jaceae.

**R** Herbae Jaceae seu Violae tricoloris recentis Unciam dimid.

Coque in  
Lactis vaccini Libra una.

Post brevem ebullitionem coletur. Ad crustam lacteam  
aliosque morbos cutaneos laudatur. Sed vix aliquem  
inde effectum expertus sum.

### Decoctum Nucum Juglandium compo- situs. (Pollini.)

**R** Radicis Sassafrillae,  
— Chiae nodosae,  
Lapidis Pumicis,  
Stibii crudi in pecta ligata ana Unc. dimid.  
Corticis (Putaminis) Nucum Juglandium  
Unc. decem.

Concisa coquantur vase clauso in Mensuris duabus aqua ad dimidiā consumptionem. Dosis omni hora cochlear. Famam acquisivit et egregie laudatur in syphilitide et morbo mercuriali a Doctore Friedrich (das pollinische Decoct und die reinigenden Wirkungen der welschen Nusschalen wider die Lustseuche und mehrere schwere Krankheiten. Wien 1793.) — Cum vero Lapis Pumicis et Radix Chiae nodosae plane inefficacia sint remedia, rectius omittuntur et sequens praescribitur formula:  
R. Radicis Sassafrillae Unciam. Ligni Guajaci Drachmas sex. Corticum viridium Nucum Juglandium Drachmas duas. Stibii sulphurati nigri pulverisati Scrupulos duos. Coque cum aquae Libris tribus. Colat, adde Aquae Cinnamomi simpl. Syrupi Aurantiorum ana Unciam. S, In die consumendum.

### Decoctum Nucum Juglandium simplex.

R Nucum Juglandium immaturar. Unc. unam,  
Aquae fervidae Libram.

Stent simul in infusione calida per tres horas, dein ebullient per dimidiam horae. Refrigeratum decoctum filtretur. — Detur vasculatim. Vis anthelmintica, incitans,

### Decoctum Lichenis Islandici.

R Lichenis Islandici Drachmas duas, Radicis Salep Grana decem, Corticis Cinnamomi Grana octo, coque cum Aquae fontanae Uncii duodecim. Colaturaे Unciarum sex adde Sacchari vel Mellis, vel Syrupi cujusdam q. v.

In affectibus pulmonum, tussi et phthisi praestans remedium. cf. B. Chr. Vogel Sammlung schwieriger medizinischer und chir. Fälle. Erste Lieferung. Altorf 1805, ubi egregie de cura phthiseos agitur. Lichen Islandicus, si revera effectus antiphthisicos praestare debet, in majori copia sumatur, ita ut intra viginti quatuor horas duas ad tres unciae consumantur. Hinc Th. Reece Amylum ex Lichene Islandico commendat, quod gratioris saporis sit, quam aliae ejusdem praeparationes, et cum Coffea vel Chocolata coqui, vel in aqua frigida, affusa dein aqua calida, solvi possit. (Th. Reece observations on the antiphthisical properties of the lichen islandicus. Lond. 1803.)

Decoctum Lichenis Islandici compo-  
situm.

**R** Ligni Quassiae Drachmas duas,  
Lichenis Islandici Drachmas sex,  
coque cum  
Aquae fontanae Uncii tredecim ad rema-  
nentiam Unciarum decem.

Colatura adde

Extracti Myrrhae Drachmam,  
Tartari stibiatii Grana duo,  
Oxymellis scillitici Unciam.

M. D. S. Omni bihorio cochlear. — Incitans pulmonum  
totius corporis. — roborans — antiasthenicum, in phthisi  
pituitosa efficax.

vel:

**R** Lichenis Islandici Uncias duas,  
Boleti suaveolentis,  
Summitatum Millefolii,  
Florum Lythri Salicariae,  
Passularum minorum ana Unciam dimi-  
diam.

Coquatur uncia dimidia harum specierum cum aquae  
fontanae Mensura dimidia et post moram aliquam clara-  
rum superstans aegroto, sensim sorbillandum, praebetur.  
Ad phthisin pituitosam, ad statum phthisicum, immo etiam  
cum sudoribus et diarrhoeis colliquativis et sputis puri-  
formibus, egregium invenit Wendt (formulae medica-  
mentorum in instituto clinico Erlangensi. Erl. 1807.)  
conf. etiam Electuarium Boleti suaveolentis et  
Gelatina Lichenis Islandici.

### Decoctum Lichenis Islandici lacteum.

Rx Lichenis Islandici Unciam,  
 Seri lactis Uncias viginti,  
 coque ad remaneant. Unciar. duodecim; addes  
 Sacchari lactis Drachmas sex.  
 In catarrho pulmonum, et phthisi pulmonali nutriens et  
 involvens.

### Decoctum Lini.

Rx Seminum Lini integrorum Uncias duas,  
 Aquae fontanae Libras quatuor,  
 coque et colatura adde  
 Succi Liquiritiae depur. Unciam unam.  
 M. Dosis hinc inde vasculum. Demulcat. Praecipue in  
 primo Gonorrhoeae stadio, Dysuria et Dysenteria adhi-  
 bendum.

### Decoctum Lignorum.

Rx Rasurae Ligni Guajaci Unciam,  
 — — Sassafras Unciam dimidiam,  
 Radicis Liquiritiae Drachmam,  
 coque cum  
 Aquae fontanae Libris quinque  
 per horas tres, addendo sub finem coctionis  
 Spiritus Vini rectificati Unciam,  
 (vel Aquae Cinnamomi simplicis Uncias  
 tres.)

Colatura librarum trium s. Intra biduum consumenda.  
 In morbis cutaneis, syphiliticis, mercurialibus efficax.  
 (Radicem Lapathi, Bardani et Sassafrillae plerunque  
 absque effectu inveni.)

### Decoctum Malthi.

Rx Malthi Hordei molendina fracti vel contusi  
 Uncias quatuor,  
 Aquae Libras quatuor,  
 coquantur ad colaturam Librarum trium.  
 Potus antiscorbuticus efficacissimus, vasculatum saepius  
 per diem sumendus.

---

### Decoctum Mezerei.

Rx Ligni Sassafras,  
 — Guajaci ana Uncias tres,  
 Radicis Mezerei,  
 — Liquiritiae ana Unciam,  
 Seminum Coriandri Drachmam,  
 coque in aquae fontanae Libris viginti, ad colatura Libras decem; quarum una usque ad tres in die consumenda. Laudatur internus Mezerei usus a pluribus de syphilitide scriptoribus (e. g. Girtannerio). Evidem vix aliquid eodem effici vidi.

---

### Decoctum foliorum Persicae.

Rx Foliorum siccatorum Amygdali Persicae Unciam unam,

coque cum Aquae fontanae Mensura una, — Colatura Mensurae  $\frac{3}{4}$

quotidie sumatur tertia pars. Egregium invenit hoc decoctum in morbis renum et hydropicis Bishop. Aegroti, qui calculos et sanguinem per urinam excreverunt, post hujus decocti usum per triginta horas, post excretionem lapillorum et sabuli, urinam naturalem habuerent. (Simons medical facts and observations Vol. VIII.)

---

### Decoctum Pruni Padi.

Rx Corticis Pruni Padi Unciam.  
Spiritus Vini rectificati Uncias duas  
Aquaes Uncias quinque

Digere leniter in vase clauso. Post refrigerationem expime. Corticem remanentem coque cum Aquaes Uneeis octo ad dimidiam. Decoctum colatum cum Infuso misce.

Effectus hujus Infuso-decocti in febre intermitte, praecipue vero in arthritide et rheumatismo chronicō egrégios invenit et observationibus comprobavit Bremer in Horn's Archiv Jahrgang 1812. Jan. Febr. Dosis summa est omni bihorio cochlear. Major enim quantitas hujus remedii, Rhododendri Chrysanthi instar, nauseam et cephalalgiam movet. Ubi forsitan huic compositioni partes Pruni Padi volatiliores addere libet, Aquaes Corticis Pruni Padi Uncia adiiciatur.

### Decoctum Rhei cum Senna.

Rx Radicis Rhei electi Drachmam unam,  
Foliorum Sennae Drachmas duas,  
Tartari natronati Unciam dimidiam,  
coque cum

Aquaes fontanae s. q.

Colaturaē Uneeiarum sex adde

Mannae electae Uncias duas.

Purgans antiphlogisticum, cuius dosis omni bihorio cochlear.

Rx

Huj  
uteri  
sunt  
medic  
by S.  
Lond  
horac

Rx

Huj  
ficien  
leatin  
appri  
Arch

Rx

### Decoctum Secalis cornuti.

**R** Secalis cornuti Drachmam,  
coque cum

Aquae fontanae sufficiente quantitate ad  
colaturam Unciarum quatuor.

Hujus decocti effectum ad promovendas contractiones  
uteri in partu et sistendas haemorrhagiás experti  
sunt Olivier Prescot aliquique Novae Angliae  
medici in the medical and physical Journal conducted  
by Sam. Fothergill and John Want. Vol. 31. 32.  
London 1814 Dosis est hujus decocti tertia pars omni  
horae quadrante.

### Decoctum Spongiae ustae.

**R** Pulveris Spongiae ustae,

- Tartari crudi ana Uncias quatuor,
- Aluminis,
- Pumicis,
- Corii Rossici (Juchten) ana Uncias  
duas.

Hujus pulveris drachmae sex coquantur cum aquae suf-  
ficiente quantitate ad colaturam unciarum novem, coch-  
leatim sumendam. Remedium ad solutionem strumae  
apprime laudatum ab Hausleutnero in Horn's neuem  
Archiv. 1810. 1. Bd.

### Decoctum Uvae Ursi.

**R** Herbae Uvae Ursi Unciam dimidiam,  
Foliorum Theae Drachmam,  
Gummi Senegal Unciam,  
Aquae communis Uncias sex.

Misce. Coque. Colatura adde  
Mellis sinceri Drachmas sex (vel Syrupi de  
Althaea tantundem).

F. c.  
vel t  
teric  
nica  
R. V

Spasmo vesicae urinariae medetur, ejusque sequelis; praecepsit si aliquot grana Nitri adduntur et pauxillum Opii. Mucum vias urinarias obsidentem et sabulum glareosum expellit. In lithiasi quoque renali prodest. Dosis cochlear majus, quater vel sex de die. Wendt Formulae medicamentorum in Instituto clinico Erlangensi, Erl. 1807.

### Electuarium florum Arnicae.

R. Summitatum Arnicae Drachmas tres,  
Pulveris Corticis Chiae Unciam dimid.  
Radicis Serpentariae Drachmas tres,  
Syrupi Corticum Aurantiorum Uncias sex.

F. Electuarium. D.S. Omni hora cochlear parvum. Laudatur in typho acuto et febre lenta nervosa a Stollio et Collino.

### Electuarium Boleti suaveolentis.

R. Boleti suaveolentis Unciam dimid.  
Syrupi (vel mellis) q. s. ad electuarium,  
cujus dosis tanta sit, ut aeger quotidie accipiat Scrupulum usque ad Drachmam Boleti. Testimonia Schmidelii, Wendtii et Enslini (diss. de boleto suaveolente, Erlang. 1793.) de hujus electuarii efficacia in affectibus phthisicis ad repetita cum eo experimenta invitant.

### Electuarium Catechu.

R. Catechu Uncias tres,  
Radicis Tormentillae,  
Nucis moschatae,  
Thuris genuini ana Uncias duas,  
Opii puri Drachmam dimidiam.

F. c. Syrum Rosar. Electuar. cujus Scrupulus omni bivel trihorio sumendus in diarrhoeis chronicis, fluxu lienterico, hepatico etc. Sub nomine confectionis japonicae dispensatorii Edimburgensis laudat hoc remedium  
R. Whytt v. d. Nervenkrankheiten pag. 251.

### Electuarium Cerae.

(C. L. Hoffmanni.)

**R** Gummi Mimosae Libram,

solve in

Aquae bullientis s. q.

adde

Cerae liquefactae Libram.

Terantur sedulo in mortario lapideo calido.

Dein adde

Syrupi Rubi Idaeи Libram.

Mixturae sulphurico-acidae

quantum sufficit ad gratum acorem.

Hujus remedii, ceu antidyserterici speciei omni bihorio cochlear sumi jussit C. L. Hoffmanus. Evidem saltem acida ex ejusdem compositione omitterem. — Ill. a Wedekind (über die Ruhr Frankf. 1811.) hujus electuarii compositionem ita praescripsit:

**R** Pulveris Gummi Mimosae Uncias duas,

solve in mortario lapideo in

Aquae bullientis sufficiente quantitate,

adde

Cerae flavae Uncias duas.

Terantur invicem usque ad perfectam mixtionem. Dein admisce

Syrupi Papaveris Rhoeados Unciam,

Elixirii Acidi Dippelii (vel Tincturae aro-

matico-acidae) quantum sufficit ad

gratam aciditatem.

### Electuarium Chinae natronatum.

**Rx** Natri carbonici Drachmas duas.

Corticis Chinae Unciam unam.

Mucilaginis Gummi Mimosae q. s.

M. Dosis Drachmae duae bis terve in die. Laudatur a Swedia ur in scrophulis, praecipue cum syphilitide complicatis.

### Electuarium Cochleariae cum Calamo aromatico.

**Rx** Conservae Cochleariae Unciam unam et di-

midiam,

Pulveris Radicis Calami Drachmam,

Syrupi Corticum Aurantiorum q. s.

f. Electuarium, adde

Mixturae sulphurico-acidae q. s.

ut fiat sapor acidulus.

Dosis omni bihorio cochlear parvum, Remedium efficax antiscorbuticum.

### Electuarium Filicis cum Jalappa et Stanno.

(Remedium erga taeniam a pharmacopola Matthieu propositum et a Supremo Collegio medico Berolinensi publici juris factum.)

**Rx** Limatura Stanni angl. pur Unc. unam.

Pulv. Rad. Filicis maris Drachmas sex.

Sem. Cynae Unciam dimidiam.

Rad. Jalappae resinosae,

Tartari natronati ana Drachmam unam.

Misce,  
Electu-  
parvum  
niae m-  
tis elec-  
est, do-

Rec.

Misc

Quodsi  
da sunt  
ma huj  
doses se  
torum  
dae sun

Elect

Rx Roc

Ex

Hy

M. Hu  
tibus, al  
laudatur  
lear par

Misce, fiat cum mellis communis sufficiente quantitate Electuarium. Hujus Electuarii omni bihorio cochlear parvum aegroto datur per duos ad tres dies, donec taeniae motus in intestinis sentiuntur. Tunc vero in sequentiis electuarri omni bihorio parvum cochlear sumendum est, donec taenia secedat.

**R**ec. Pulveris Rad. Jalapp. resin.

Tartari natronati ana Scrup. duos.

Scammonii aleppensis Scrup. unum.

Gummi Guttae Grana decem.

Misce, fiat cum Mell. communi Electuarium.

Quodsi evacuatio taeniae nondum inequatur, propinanda sunt aliquot cochlearia olei Ricini recentis, vel enema hujus olei. Caeterum ubique horum medicaminum doses secundum aetatem, sexum et constitutionem aegrotorum a medico provido modificandae et praescribendae sunt.

### Electuarium cum Hydrargyro muriatico corrosivo.

**R** Roob Sambuci Uncias tres,

Extracti Gratiolae Drachmas tres,

Hydrargyri muriatici corrosivi Grana tria.

**M.** Hujus electuarii usus in herpete, tumoribus dolentibus, aliisque syphilitidis rebellis symptomatis egredie laudatur a Stollio, et Swediaur (l. c.) Dosis cochlear parvum bis in die.

Electuarium Ipecacuanhae moschatum.

R Pulveris Rhei,

— Tartari boraxati ana Drachmam,  
— Radicis Ipecacuanhae Drachmam di-  
midiam,

— Moschi Grana quatuor,

Sulphuris stibiatii aurantiaci Grana decem.

Mellis quantum sufficit ad Electuarium.

Hujus Electuarii, ad parvi cochlearis dosin, pro ratione  
aetatis sumere suadet usque ad levem emesin in tussi  
convulsiva, et egregios inde effectus vidisse affirmat  
Bärens. (Joh. Kämpf's med. Handbuch, nach der  
neuesten von C. H. Th. Kortum verbesserten und  
verm. Ausg. aus dem Lat. übersetzt von J. C. Fr. Bä-  
rens. 1790).

Electuarium juniperinum.

(Electuarium hydragogum Sylvii.)

R Baccarum Juniperi,

Pulpae Tamarindorum ana Uncias quatuor,  
Radicis Jalappae Unciam unam et dimid.

Scammonii electi Unciam unam,

Cinnamomi,

Seminum Foeniculi ana Drachmas duas,

Sacchari clarificati Uncias decem.

F. Electuarium. Notetur, in hoc Electuario saccharum  
clarificatum ad consistentiam syrapi spissioris esse co-  
quendum et scammonium, in tenuissimum pulverem red-  
actum non nisi sub finem esse addendum, — Tanquam

*Egregium hydragogon, in ipso quoque hydrope pectoris efficax, landatur a Roosio (in Verhandelingen van het Genootschap ter Bevoorrering de Heelkunde te Amsterdam, Fünfte Deel 1799)*

### Electuarium Meloes majalis.

R Meloes majalis No. septem,  
 Electuarii Theriacae Unciam dimidiam,  
 Ammonii carbonici pyro-oleosi Drachmas  
 duas,  
 Camphorae Drachmam,  
 Liquoris Ammonii acetici Uncias octo.

Magnam hoc remedium adeptum est famam ob vires an-  
 tihydrophobicas, forsau autem Theriacae, vel Ammonio  
 et Camphorae adscribendas. Recentiores observationes  
 ejus efficaciam haud confirmarunt. Antiquiores v. apud  
 Dehne vom Maiwurm in der Wuth und Wasserscheu,  
 Leipz. 1788. — Dosis omni bihorio cochlear parvum.

### Electuarium Polygalae amarae.

R Pulveris Radicis Polygalae amarae Unciam  
 dimidiam,  
 Mellis q. s.

F. Electuarium mediae consistentiae, cuius dosis, quater  
 in die cochlear parvum, in catarrho pulmonum, asthmate  
 pituitoso, aliisque morbis pulmonum asthenicis, solven-  
 dae pituitae et promovendae expectorationi prodest.  
 Quarinus (Wahrnehmungen von den heilsamen Wir-  
 kungen der bittern Kreutzblumen in der Vereiterung der  
 Lungen. Wien 1783. 8.) Coste, Willem et aliique

Polygalam amaram in phthisi ulcerosa et pituitosa commendarunt in dosi Drachmae dimidiae usque ad integræ quater in die cum Melle vel Roob Dauci.

### Electuarium e Senna cum Carbone.

℞ Electuarii e Senna Uncias quatuor,

Natri carbonici,

Pulveris Carbonum ana Drachmas duas.

Hujus mixturae erga obstructionem alvi habitualem sumatur Uncia dimidia usque ad Uncias duas quotidie bis vel ter. (cf. Mitchill medic. Repository et Kühn's med.-phys. Journal. Januar 1800.)

### Electuarium Seminis Santonici.

℞ Seminis Santonici,

Pulveris Radicis Jalappae,

— Valerianae min.

Natri sulphurici crystallisati (vel salis communis) ana Drachmam.

Oxymellis scillitici Uncias quatuor.

M.S. Omni bi-vel trihorio cochlear parvam. Remedium notissimum sub nomine: Electuarii anthelmintici Störkii. Recte Kauschius in observationibus de hoc remedio (med. u. chir. Erfahrungen in Briefen an Aerzte Leipzig. 1798.) relichto natro vel sale, ferrum sulphuricum huic electuario addere suadet. Aliae compositiones sunt:

Rec. Seminis Santonici Drachmam.

Hydrargyri sulphurati nigri Drachmas duas.

Syrupi Rhei q. s. f. Elect.

M. S. Infantibus omni bi-vel trihorio cochlear parvum.

Rec. Ferri sulphurici.

Extracti Chinæ ana Scrupulum unum.

Seminis Santonici Drachmam.

Syrupi Cinnamomi q. s. f. Electuarium, cuius quotidie aliquot cochlearia parva infantibus verminosis porrigenda. — Utramque hanc compositionem anthelminticam laudarunt Rosenstein et Sellius. Caeterum monendum est 1) doses horum anthelminticorum varias pro varia aetate infantum praescribendas esse, 2) Medicum aegroto suo optime consulere, si anthelmintica laxantia, quantum possit, vitare, contra vero roboratione corporis infantilis dispositionem verminosam ex asthenia prodeuntem auferre studeat. Evidem huic fini plerumque satisfecisse roborantia et incitantia, experientia pluries edocutus sum.

### Elixir amarum aquosum.

R Extracti Absinthii Unciam unam,

Aquaee Menthae piperitaæ Uncias octo.

Tincturae Corticum Aurantior. Unc. dimid.

M. Dosis: Cochlear unum bis tervè in die.

vel;

R Aquae Cinnamomi,

— fontanae ana Uncias tres,

Extracti Corticum Aurantior. Drachmas

tres,

Solv. D. S. Omni bihorio cochlear,

vel:

R Aquae Menthae piperitae Uncias quatuor,

Extracti Cardui benedicti Drachmas duas.

Solv. S. Omni trihorio cochlear.

Harum compositionum effectus sunt incitantes et roberantes, quare in atonia vegeticuli et dyspepsia in usus

vocandae sunt. Sed usus amararum non nimis diu pro-  
trahendus.

### Elixir amarum vinosum.

**R** Extracti Gentianae Drachmas duas,  
Vini hispanici Uncias quatuor,  
Essentiae Corticum Aurant. Drachmas duas.  
M.D.S. Omni trihorio cochlear dimidium. Roborans et  
incitans, dyspepsiae et atoniae universali opponendum,  
vel:

**R** Corticis Chinae Unciam,  
Radicis Gentianae rubrae,  
Clavellorum Cinnamomi ana Drachmas tres,  
Spiritus Vini gallici Uncias octo.

M. Digerantur per 24 horas. Colatura D. ad cochlear  
unum bis vel ter in die.

### Elixir cum Aqua Calcariae ustae.

**R** Extracti Quassiae Drachmam,  
Aqua Calcariae ustae Uncias octo.

M. Antacidum efficax est, cum palliative acidum pri-  
marum viarum decomponat et principio quassiae amaro  
ventriculum roboret. — Sed inimicum aqua calcariae in  
ventriculum et intestina omnino exserit effectum, ita ut  
statim vomitus vel diarrhoea insequatur, si dosis nimia  
forsitan fuerit; hinc ad cochlear parvum nonnisi hujus  
elixirii usum concederem.

**Elixir Cardui benedicti.**

**R** Extracti Cardui benedicti Drachm. dimid.  
solve in

**Aquae fontanae Uncia dimidia,**  
adde

**Tincturae Corticum Aurant. Guttas viginti.**

Incitans, roborans, in primis ventriculi. Praeterea hujus elixirii omni tri-vel quadrihorio triginta ad triginta quinque guttas cum saccharo seu aqua sumendas suasit Selig in catarro asthenico, ubi Carduus benedictus omnibus caeteris amaris praefterendus sit. cf. Hufeland's Journal der pract. Heilk. II. Bd. 3. St. pag. 323. sq.

**Elixir Extracti Campechiensis,**

(adstringens.)

**R** Vini rubri gallici Uncias duas,  
Extracti Ligni Campechiensis Unc. dimid.

M. D. S. Omni biborio guttae sexaginta vel plures.  
In diarrhoea chronica vel colliquativa salubre. Simili modo ut licet solutione Drachmarum duarum Kino in vini gallici Unciis quatuor.

**Elixir Croci cum Castoreo.**

(uterinum.)

**R** Croci Unciam dimidiem,  
infunde

**Spiritus Vini rectificati Uncias quindecim.**

Digere parum, filtra et adde

**Castorei Unciam dimidiem,**  
iterum digere parum, filtra et adde

**Herbae Menthae piperitae,**

Radicis Valeriana minoris ana Unciam di-  
midiam.

Digere iterum leni calore, exprime, filtra per  
chartam bibulam, adde

Olei Menthae piperitae Drachmam.

In amenorrhœa ex atonia vasorum uterinorum, morbis  
uteri asthenicis, ad dolores partus spurious spasmodicos  
sopiendo et veros si deficiunt, excitandos, praestans re-  
medium, si a guttis triginta usque ad sexaginta a cauto  
propinatur medico. Piderit Pharmac. rat.

**Elixir extracti Hippocastani.**

R Extracti Corticis Hippocastani Drachmam  
unam,

Aquae Cinnamomi Unciam unam.

M. S. Omni trihorio guttae sexaginta. — Febrifugum  
efficax et pretii vilis (Reil Fieberlehre II. §. 52.)

**Elixir Valeriana camphoratum.**

R Camphorae Scrupulum  
solve in

Spiritus sulphurico-aetherei Drachm. duabus,  
adde

Extracti Valeriana min. Drachm. sex.

Aquae Menthae piperit. Uncias sex.

Tincturae Opii crocatae Drachmam.

Valide incitat, in typho, cum sputis praecipue, aliisque  
morbis asthenicis efficacissimum. Dosis cochlear dimi-  
dium omni bi-vel trihorio.

41

### Emulsio camphorata.

R<sup>e</sup> Camphorae Grana sedecim,  
Amygdalarum dulcium Unciam dimidiam,  
Aquaee florum Sambuci Uncias sex.

M. f. Emulsio. D. S. Omni trihorio cochlear. Diaphoresin movet, hinc in rheumatismo praestantissimum remedium.

### Emulsio Cantharidum.

R<sup>e</sup> Pulveris Cantharidum Grana decem,  
Amygdalarum dulcium Unciam.  
Sacchari albi Unciam dimidiam.

In mortario lapideo probe conterantur et lenta aquae calidae Unciarum decem affusione hat Emulsio. — Diuretica est absque nimio renum irritamento, in morbis pectoris as henicis, et hydrope infantum merito laudatur a Hufeland (conf. Journal der Erfind, VII. St.) Dosis cochlear unum omni bihorio.

### Emulsio gummosa.

R<sup>e</sup> Gummi Mimosae Unciam dimidiam,  
Amygdalarum dulcium excorticatarum Numero tres,  
Sacchari albi Drachmas tres,

terantur invicem et adde sub continua agitatione olei amygdalarum recenter expressi, quantum cum hac massa uniri potest; posthinc affunde paulatim aquae Uncias octo et cœla. — Involvens et demulcens,

um di-  
litra per  
morbis  
modicos  
stans re-  
a cauto

chimam  
i,  
orifugum  
32.)

m,  
duabus,  
x,  
aliisque  
ar dimi-

### Emulsio mannata.

**R** Mannaæ electæ Unciam unam cum dimidia,  
solve in

Emulsionis gummosæ Unciis novem.

Dosis omni bihorio vasculum dimidium, Leniter et abs-  
que doloribus purgat.

### Emulsio nitrosa.

**R** Amygdalarum dulcium excorticatarum Un-  
ciam dimidiæ,

terendo affunde sensim

Aquaæ fontanae Libram.

f. Emulsio, in qua dissolve

Kali nitrici Unciam dimidiæ,

adde

Syrupi Althææ Unciam.

M. D. S. Omni bihorio vasculum dimidium. In mor-  
bis hypersthenicis Kali nitricum est praestantissimum re-  
medium, cuius irritamentum ventriculo inimicum, emul-  
sione involvitur et minuitur.

### Emulsio cum Nuce vomica.

**R** Extracti Nucis vomicae Grana decem,

Gummi Mimosæ Drachmas duas,

Emulsionis Amygdalarum dulcium Uncias

quatuor,

Syrupi opati Drachmas duas.

Remedium antidyseentericum, cuius dosis omni bihorio  
cochlear. (cf. Hufeland's Journal Erster Bd.)

### Emulsio oleosa.

**R** Olei Amygdalarum dulcium recenter expressi  
Unciam unam,

Aquae fontanae Uncias sex,  
Mucilaginis Gummi Mimosae q. s.  
f. Emulsio c. adde  
Syrupi emulsivi Unciam unam,  
Extract. Hyoscyami Grana decem.

M. D. S. Omni hora cochlear. Demulcet, dolores, irritabilitatem nimiam, et spasmos in tubo intestinali minuit, hinc in gastritide, diarrhoea, colica, calculis felleis salubris.

### Emulsio phosphorata.

**R** Phosphori Grana duo ad quatuor,

Olei Amygdalarum dulcium Unciam unam.  
Digerantur donec Phosphorus in Oleo Amygdalarum solutus sit, quo facto, terendo adde

Pulveris subtiliss. Gummi Mimosae Drachmam unam,  
Amygdalarum dulcium decorticatarum No.

2 ad 3,

Aquae (fontanae vel Foeniculi vel alius cu-jusdam) Uncias tres ad quatuor,  
Col. f. l. a. Emulsio c. adde

Syrupi cujusdam Unciam dimidiā.

Hujus emulsionis (cujus praeparationem docuit L. r. a Crell in den chemischen Annalen 1800. Bd. II. pag. 143 seq.) ope minimam Phosphori dosin accurate definire et distribuere licet.

vel;

**R** Phosphori Grana duo,  
subige exacte longa trituratione cum  
Mucilaginis Gummi Mimosae q. s.

f. c.

Aq. fontanae Uncii sex Emulsio  
adde

Syrnpi emulsivi Unciam unam,  
Spiritus sulphurico-aetherei Gutt. triginta.

M. D. S. Omni bihorio cochlear. (conf. Hufeland in  
prakt. Journal 7 Bd. 3. St. pag. 110.) Fortissimum inci-  
tans est phosphorus, quare in typho aliisque morbis  
asthenicis cum torpore haud raro mirum praestat ef-  
fectum.

vel:

**R** Olei Terebinthinae rectificati Drachmam di-  
midiam,

— Nucum sive Olivarum purissimi Drach-  
mas tres,

Detur ad vitrum capacitatis Unciae dimi-  
diae, adde

Phosphori purissimi Grana duo,  
solve, digere in

Aqua fervida saepius agitando, donec omnes  
Phosphori globuli disparuerint.  
Solutioni adde

Gummi Mimosae Unciam dimidiam.

Aquae aromaticae (vel destillatae) Uncias  
quatnror,

Syrupi Cinnamomi Unciam.

Hanc phosphorum solvendi methodum prae aliis com-  
mendat Schultz in Horn's neuem Archiv für med.  
Erfahrung. IX. Bd. Berlin 1809.

**R** Ole

Vit

Sy

Aq

Dosis e  
Quari  
cens, le  
gummi  
sapor c

Rec.

Dosis  
rum ma  
med. 2  
Oleum  
Olei de  
ctione  
et Ma  
Pag. 40

Rec.

M. D.

### Emulsio ex Oleo Ricini.

R. Olei Ricini Uncias tres  
cum

Vitello Ovi

in mortario lapideo exacte mixtis, adde  
Syrupi Althaeæ Uncias duas,  
Aquaæ communis Uncias decem.

Dosis omni semihora cochlearia duo. — cf. præcipue  
Quarin Animadvers. pract. pag. 335. n. 35. — Demul-  
cens, leniens, ecoproticon. Optime quoque mucilaginis  
gummi mimosae ope oleum ricini aqua miscetur, et olei  
sapor corrigitur ut in sequenti compositione:

Rec. Olei Ricini Unciam,  
Gummi Mimosae Drachmam,  
Syrupi Althaeæ Unciam dimidiæ,  
Aquaæ Sambuci Unciam unam cum dimidiâ,  
Spiritus nitrico-aetherei Drachmam,  
Tincturæ Opii crocatae Scrupulum,

Dosis omni hora cochlear. In dysenteria cum intestino-  
rum magna irritabilitate merito laudatur a Jahnio (Mat.  
med. zter Thl. S. 233.) — In colica ex calculis felleis  
Oleum Ricini cum aliquot Guttis Tinct. Opii crocatae et  
Olei depurati Anisi summe prodest. In colica, obstruc-  
tione juncta, mixturam ex Oleo Ricini, Gummi mimosae  
et Magnesia sulphurica merito laudat Selle (med. clin.  
Pag. 455.)

vel:

Rec. Olei Ricini Uncias tres,  
Sacchari albi Unciam dimidiæ,  
Vitelli Ovorum No. 1. M. tere in mortario, sen-  
sim affundendo  
Aquaæ florum Rosarum Uncias decimæ,  
M. D. S. Omni semihorio cochlearia duo.

**Rec.** Mucilaginis Gummi Mimosae Drachmas duas,  
Olei Ricini Uncias tres,  
Aquaee Menthae Uncias octo.

**M. f. Emulso. D. S. Ut prius.**

**Rec.** Olei Ricini Uncias tres,  
Rasurae Saponis med. Unciam dimidiam.  
Syrupi Corticum Aurantiorum Uncias tres.

**M. D. S. Omni semihorio cochlear.**

**Rec.** Olei Ricini Uncias tres,  
Kali carbonici Drachmam unam,  
Mellis optimi Unciam unam. M. terantur in  
mortario lapideo sensim affundendo Aquaee Tiliae Uncias  
decem. M. D. S. Omni bihorio cochlearia duo. Propter  
virtutem anthelminticam et leniter purgantem hasce com-  
positiones commendat Hungerbyhler Diss. de Oleo  
Ricini, medicamento purgante et anthelmintico praestan-  
tissimo. Friburg. 1780. cf. Gruner's krit. Nachrichten  
von kleinen med. Schriften. Vol. II. pag. 50.

### Gelatina animalis.

**R** Pedes Vitulinos duos  
coque in

Aquaee Mensuris duabus usque ad dimidium  
cola et inter refrigerandum pinguedinem de-  
spuma.

Colaturam iterum igni admove addendo

Vini malacensis Uncias sex,

Sacchari Uncias quatuor,

Succum ex Pom. Citri duobus.

Coletur iterum, cum albumine ovi agitetur,  
coquatur per aliquot minutus et denique  
in vas purum coletur.

Non solum nutrimentum gratum et salubre haec gelati-  
na, sed etiam remedium antifebrile, (cf. haustus collae)

quem i  
(cf. San  
St. pag

**R** Lic  
Ra

Aq

Sy  
Refriger  
cochlear

**R** Her

Lic  
Flo

Rad  
Fur  
Col

Aqu

Ela

Hanc ge  
ctoris pi  
cus (Re

duas,  
1  
es.  
tur in  
Uncias  
ropter  
e.com-  
e Oleo  
uestan-  
richten  
dium  
em de-  
o  
itetur,  
enique  
gelati-  
collae)  
quem in finem ejus praeparationem proposuit Alibert  
(cf. Sammlungen für praktische Aerzte, 21ter Bd. 4tes  
St. pag. 465.)

### Gelatina Lichenis Islandici.

**R** Lichenis Islandici,

Rasurae Cornu Cervi ana Unciam dimidiam.  
Coquantur ex

Aquaee fluviatilis Unciis octo  
ad Remenantiam Unciarum quatuor.  
Colaturaee adde

Syrupi opati Unciam.

Refrigerata Gelatina detur in fictili. S. Omni hora  
cochlear.

vel:

**R** Herbae Lichenis Islandici Unciam unam et  
dimidiam,

Lichenis arborei,

Florum Rosarum,

Radicis Polygalae amarae,

Fungi Salicis ana Unciam dimidiam,

Collae Piscium Unciam.

Coque ex

Aquaee fontanae sufficiente quantitate per  
duas horas.

Colaturaee adde

Elaeosacchari Citri Uncias duas.

Hanc gelatinam cochleatim sumendam in affectibus pe-  
ctoris pituitosis, catarrho pulmonum etc. comendat Mar-  
cus (Recepttaschenbuch).

### Haustus aërophorus.

**Rx** Kali carbonici Grana viginti.

D. ad Chartam.

**Rx** Succi Citri recentis Unciam dimidiam.

D. ad vitrum.

Misceantur et sub actu effervescentiae ab aegroto hau-  
riantur.

vel:

**Rx** Kali carbonici,

Aquae destillatae ana Unciam.

D. S. no. 1.

**Rx** Acidi sulphurici diluti Drachmas duas,

Aquae fontanae Unciam,

Syrupi Rubi Idaei Unciam dimidiam.

D. S. no. 2. — Aegrotus sumat omni hora cochlear ex  
no. 1. superbibendo cochlear ex no. 2, quā methodo ef-  
fervescentia acidi carbonici in ventriculo promovetur.  
Prodest haec acidi carbonici in ventriculo effervescentia  
in vomitu ex nimia ventriculi irritabilitate.

### Haustus Collae animalis.

**Rx** Collae animalis Unciam unam cum dimidia.

Aquae fontanae Uncias duas et dimidiam.

S. Statim ante paroxysmi febrilis ingressum sumendum.  
Seundum Seguini, Jos. Gautieri (Sperienze ed os-  
ervationi sul glutine animale come rimedio nelle febbri  
intermittente. Mil. 1803.) aliorumque observationes hac  
dosi collae febris intermittens celerius et securius sana-  
tur, quam Cortice Chinal. In aliis quoque morbis, e.g.  
tussi convulsiva, asthmate, diarrhoea et dysenteria colla  
optimi effectus fuisse fertur. (cf. Hufeland's Journal  
der prakt. Heilkunde, 18. Bd. 2. St.)

Bal

Vit

Gu

Aqu

S. Pro  
efficaciss  
diaur.)  
ad 60 cu  
praescrib

**Rx** Opii

Aqua  
Narcoticu  
bendum.

**Rx** Aqua

Syrup  
Tinct  
M. S. Parv  
paroxysmi  
merito lat  
ten zwisch  
p. 295.

### Hauſtus Copaivae.

Balsami Copaivae Drachmam dimidiam,  
solve in

Vitello Ovi dimidio,  
adde

Gummi Mimosae Drachmam unam,  
Aquaæ fontanae Uncias quatuor.

S. Pro hanstu mane et vespere sumendo. Remedium efficacissimum contra Genorrhœam asthenicam. (Swediaur.) Hujus ideo etiam Balsami Copaivae Guttas 30 ad 60 cum Aquaæ Uncia una mane et vespere sumendas praescribere licet.

### Hauſtus opiatuſ.

R Opii Granum

solve in

Aquaæ destillatae Uncia.

Narcoticum est et soporiferum adultis uno potu bis bendum.

vel:

R Aquaæ fontanae Unciam dimidiam,  
— aromaticæ,

Syrupi opati ana Drachmas duas,

Tincturae Opii simplicis Guttas decem.

M.S. Parvis cochlearibus paulatim sumendum. In initio paroxysmi febris intermittentis asthenicae a compluribus merito laudatur. cf. e. g. Lind von den Krankheiten zwischen den Wendezirkeln; versionis germanicae p. 295.

### Infusum Absinthii.

**R** Herbae Absinthii Unciam dimidiā, infundatur in sufficiēte quantitatē aquae fervidae per sex horas. Colatura librae unius detur vasculatim. — Vires roborantes, anticachecticae, anthelminticae.

### Infusum amarum cum Natro.

**R** Radicis Gentianae Drachmas duas, Pomorum Aurantii immaturorum Drachmam unam cum dimidiā, Cardamomi minoris Drachmam dimidiā, Natri carbonici Drachmam id infunde.

Aquae fervidae Uncias sex per horas sex.

Colatura D. S. Quotidie ter cochlear unum. — Incitat, roborat, praecipue organa digestio[n]is. Hinc in dyspepsia et arthrite asthenica merito laudatur a Niemann in additamentis ad Heberden Commentarien über den Verlauf der Krankheiten etc. Leipzig. 1805.

### Infusum amarum et Rorismarini.

**R** Radicis Gentianae, — Calami ana Unciam, Summitatum Centaurii minoris Drachmas sex,

Herbae Rorismarini Drachmas duas.

M. Infunde Aquae fervidae Libras quatuor Stent per sex horas et adde

Tincturae Chiae compositae Uncias quatuor. Dosis Unciae tres bis in die. — Emmenagogum validum.

### Infusum Angusturae.

- Rx Corticis Angusturae Unciam unam  
digere  
Aquaee fontis s. q.  
in vase stanneo operculo bene clauso  
Colatura Unciarum decem.  
D. S. Omni trihorio vasculum dimidium. — Roborat,  
praecipue canalem intestinalem, febribus intermittentibus  
et remittentibus asthenicis opponendum.

### Infusum florum Arnicae vinosum.

- Rx Florum Arnicae Unciam dimidiata,  
c. stent in infusione calida, vase clauso, cum  
Aquaee fontanae,  
Vini gallici generosi ana Uciis sex.  
Colatura adde  
Syrnpi Corticum Aurant. Unciam dimidiata.  
D. S. Omni hora vasculum dimidium. Potenter incitat,  
in typho gehuino absque erethismo sanguineo egregium.

### Infusum radicis Arnicae.

- Rx Radicis Arnicae Unciam dimidiata,  
infunde  
Aquaee ferventis Uncias sex,  
Digere in vase stanneo operculo bene clauso  
per quadrantem horae. In colatura solve  
Gummi Mimosae Drachmam unam.  
Dosis omni bihorio cochlear. — Laudatur infusum ra-  
dicis Arnicae a Sellio et Collino in torpore et la-  
guore intestinalium, borborygmis et meteorismo sympto-

D 2

matico asthenico. Omittendum vero est in hypersthenica corporis dispositione. Addere licet Tincturam Opii crocatam, vel naphtham, vel aliud spirituosum.

### Infusum Calami aquosum.

**R** Radicis Calami aromatici Drachmas decem,  
infunde cum

Aqua fontana fervida.

Digestione peracta Colatura Unciarum octo  
adde

Aquae Menthae piperitae (vel Cinnamomi)  
Uncias duas,

Spiritus muriatico-aetherei Drachmam dimi-  
diam ad Drachmas tres,

Syrapi (cujusdam) Unciam unam.

Vehementer incitat, hinc in morbis asthenicis cum tor-  
pore, typho praecipue, ubi volatilibus opus est, prodest.  
Dosis cochlear omni biorio, vel si opus est, omni hora  
et saepius. De infusi Calami aromatici usu in complu-  
tibus morbis asthenicis, nimurum cachexiis, gonorrhoea  
chronica, haemorrhagiis, haemoptisi, haemorrhoidibus,  
hydropo, scrophulis, rhachitide, febribus intermittentibus  
caet. v. Horn Archiv III. Ed. 2tes Heft.

### Infusum Calami vinosum.

**R** Pulveris Radicis Calami aromatici Unciam  
unam semis,

Vini rubri Libra una.

Detineatur per tres dies in digestione frigida qua fini-  
tae, colatura detur vasculatum. — Vis incitans, stoma-  
chica, carminativa. Extractum quoddam amarum quoque  
huic infuso adjicere licet.

Infu

**R** Her

Aqu

Dosis:  
cochleari  
cipue en  
quoque  
borans.  
turg. Jos

Infus

**R** Cor  
Mag

Aqu

In vase  
stat hoc  
dem ama  
habeat sa  
ta Magn  
3) quod i  
solet, ex  
ram ferri  
dere licea  
Bd. 2tes

the-  
Opii  
em,  
octo.  
omi)  
limi-  
es,  
n tor-  
odest.  
i hora  
mplu-  
rrhoea  
dibus,  
ttenti-  
nciam  
,  
ia fini-  
stoma-  
quoque

### Infusum Chenopodii ambrosioides.

℞ Herbae Chenopodii ambrosioides Drachmas duas ad Unciam dimidiam.

Infunde aquae fervidae q. s. Colaturaem Unciarum decem adde.

Aquaee Menthae piperitae Unciam unam.

Dosis: Mane et vespere vasculum, vel omni bihorio cochlearia duo. Nervinum egregium, cum insigni praecipue emolumento in chorea Sti, Viti adhibitum. Addere quoque licet Decocatum Corticis Peruviani vel aliud roborans. cf. Plenck in den Beob. der K. K. med.-chirurg. Josephs-Akademie, Erster Bd. 1801.

### Infusum Chinae cum Magnesia usta.

℞ Corticis Chinae pulverati Unciam,  
Magnesiae ustae Drachmas tres,  
exacte mixtis affunde

Aquaee fervidae Uncias octo,

In vase clauso refrigerata filtrantur per chartam. Praestat hoc chinae praeparatum aliis ejusmodi 1) quod quidem amarum, neque tamen nauseosum et adstringentem habeat saporem. 2) quod facilius assimiletur, cum addita Magnesia Chinae principium adstringens detrahatur. 3) quod in morbis pectoris non, ut decocto Chinae fieri solet, expectorationem inhibeat. 4) quod eidem Tincturam ferri absque periculo decompositionis chemicae addere liceat. cf. Kopp in Horn's neuem Archiv, Ister Bd. 2tes St. 1805.

### Infusum Chineae vinosum.

**R** Corticis peruviani Unciam,  
Radicis Gentianae,  
Clavellorum Cinnamomi ana Drachmas tres.  
Spiritus Vini gallici Uncias octo.

M. Digerantur per viginti quatuor horas Colatura  
S. bis vel ter in die cochlear. Egregium stomachicum,  
in atonia intestinorum, cachexiis aliisque morbis asthe-  
nicis praescribendum.

### Infusum Chineae et Serpentariae vino- sum frigidum.

**R** Corticis Chineae Unciam,  
Radicis Serpentariae Unciam dimidiam.  
Pulverisatis infunde  
Vini albi Uncias sedecim,  
stent per octo dies in loco frigido saepe agi-  
tando. Tunc coletur.  
Colatura Dosis omni bihorio Uncia. In morbis asthe-  
nicis, typho lento et cachexiis egregium.

### Infusum Digitalis cum Cinnamomo.

**R** Foliorum Digitalis purpureae Drachmam di-  
midiam (usque ad unam)  
Infunde in  
Aqua communis s. q. per quadrantem horae  
Colatura Unciarum septem adde  
Aqua Cinnamomi vinosae Uncias duas,  
Syrupi cuiusdam Unciam.

D. S. Omni bihorio cochlear unum ad duo. — A  
stomacho melius fertur propter additam aquam cinnamo-

mi vine  
morrhia  
Handb  
1804.

Infus

**R** He  
Co

Aq

Ta

Aq

Ti

Dosis:  
citans

**R** Sti

Aq

et in v  
Usus in

**R** He

Aq

mi vinosam, in phthisi, hydrope, praecipue vero in haemorrhagiis efficacissimum. conf. Meyer systematisches Handbuch zur Heilung der Blutflüsse. 2r Band. Wien 1804.

**Infusum Digitalis cum Cortice et Tataro boraxato.**

R Herbae Digitalis purpureae Drachmam,  
Corticis Chiae Drachmas sex,  
infunde

Aquae bullientis Unoias decem.  
Colatura adde

Tartari boraxati Unciam unam,  
Aquae Cinnamomi vinosae Uncias duas,  
Tincturae Opii crocatae Guttas triginta.

Dosis: Cochlearia tria in die. Efficax hydragogum, excitans simul et antispasmodicum.

**Infusum Dulcamarae.**

R Stipitum Dulcamarae Drachmas duas ad  
sex.

Concisos infunde cum

Aquae Libra una cum dimidia

et in vase clauso leniter ebulliant, refrigerata colentur.  
Usus in morbis cutaneis, scrophulosis et syphiliticis.

**Infusum Herbae Jaceae.**

R Herbae Jaceae Drachmas duas,  
infunde

Aquae fervidae Uncias duas,

adde colatura

Vini stibiasi Scrupulum,

Syrupi Althaeae Drachmas duas.

S. Omni bihorio cochlear parvum vel duo. Laudatur in crusta lactea. cf. Jahn Mat. med. Erf. 1800. pg. 458. Kinderkrankheiten, pag. 203. Equidem nunquam fructum ex usu violae tricoloris in crusta lactea vidi. Hac compositione efficacior est sequens:

Rec. Herbae Jaceae

Sacchari Lactis ana Drachmas duas,

Sulphuris praecipitati,

Magnesiae carbonicae ana Drachmam dimidiam.

M. S. Omni bihorio Scrupulus. Jahn ibid.

### Infusum baccarum Juniperi.

R<sup>e</sup> Baccarum Juniperi contusarum Unciam unam  
et dimidiam,

affunde

Aqua communis fervidae Uncias octodecim.

Stent in vase tecto per quadrantem horae. Dein colla.  
Colatura detur vasculatim. Vires diureticae antihydropicae.

### Infusum Kali carbonici cum Scilla vi-nosum.

R<sup>e</sup> Kali carbonici Unciam dimidiam,

Radicis Scillae Scrupulum,

Clavellorum Cinnamomi Drachmas duas,  
infunde in

Vini albi gallici Unciis octo.

Stent per noctem in digestione frigida. Cola.  
Dosis cochlear unum ad duo quaque secunda aut tertia  
hora. — Vires diureticae, antihydropicae.

### Infusum Liquiritiae.

Radicis Liquiritiae ruderiter tusae Unciam unam et dimidiam.

Infundatur in s. q. aquae per horam. Colatura librae unius et dimidiae detur vasculatim. Vis demulcens, expectorans.

### Infusum Liquiritiae et Senegae.

Radicis Liquiritiae Drachmas duas,  
— Senegae Drachm. dimidiam ad unam,  
infunde

Aquae fervidae Uncias tres,  
colatura adde

Tincturae Opii benzoicae Drachmam,  
Syrupi Althaeae Unciam dimidiam.

S. Omni hora cochlear dimidium ad integrum. Usus in morbis organorum respirationis cum relaxatione et pituitae glutinosae copiosa secretione, praecipue vero in angina polyposa; ubi multum laudatur a Jahnio (Kinderkrankheiten, pag. 372.)

### Infusum Quassiae cum Natro.

Ligni Quassiae incisi Drachmam unam et  
dimidiam,

Natri carbonici Drachmas duas et dimidiam,  
Aquaer ferventis Libras duas.

Infunde per horam et colla.

Dosis ter in die cochlearia duo ad quatuor. In omnibus dyspepsiae casibus praestantissimum. Gibson (treatise on biliary diseases and indigestion. Lond. 1799.)

### Infusum Rhei amarum.

**R** Pulveris Radicis Rhei opt. Drachmas tres,  
Corticum Aurantiorum (vel ligni Quassiae)  
Drachmam dimidiam.

Infunde

Aqua Menthae piperit. q. s.

Digere. In Colatura Unciarum quatuor solve  
Extracti Centaurii minoris Drachmas duas.

Ubi opus est laxativo non debilitante, in typho, in affe-  
ctibus hypochondriacis, cum obstructione, ibi hujus in-  
fusi dosis bis ad quater in die vasculum dñnidium,

### Infusum Rhododendri Chrysanthi.

**R** Stipitum Rhododendri Unciam dimidiam,  
infunde

Aqua fontanae fervidae Uncias octo.

Ebulliant leniter. Colatura adde

Tincturae aromaticae Drachmas duas.

S. Omni trihorio cochlear. — Experientiae Kölpinii  
(v. Ej. librum von der sibirischen Schnäerose) de viribus  
hujus plantæ antirheumaticis probant, eandem nondum  
plane proscribendam esse ex medicamentorum utilium  
classe.

### Infusum Sabinae.

**R** Herbae Sabinae Drachmam,  
infunde

Aquaे ferventis, Uncias septem,

Digere. Cola.

D.S. Omni bihorio cochlear. — Celebratur in inflammis

tionibus asthenicis uteri et vesicae a Raupio in Horn's  
neuem Archiv 1. Bd. 1. St. 1805. Vires praeterea emme-  
nagogae.

### Infusum Sabinae cum Acido phosphorico.

℞ Radicis Calami,  
Herbae Sabinae ana Unciam et dimidiam,  
Infunde sufficientem quantitatem aquae fer-  
ventis vase clauso per horam. Colatura librarum duarum adde  
Acidi phosphorici Drachmas duas (usque  
ad quatuor, dosi sensim aucta),  
Syrupi Corticum Aurantiorum Uncias duas.

Dosis omni bihorio cochlearia duo. In carie cum ege-  
gio effectu praescriptum a Prof. Ontyd im Genceskun-  
digen Magazyn, 1. Bd. 1. St.

### Infusum Salep cum adstringentibus.

℞ Radicis Salep Drachmam,  
solve in  
Aquaer fervidae Unciis decem,  
Colatura adde  
Extracti Corticis Chineae,  
Ligni campechiensis ana Drachmam,  
Boracis Drachmam dimidiam,  
Syrupi Althaeae Unciam.

M. S. Parvis cochlearibus dandum Usus in diarrhoeis  
chronicis habitualibus, praecipue vero in aptitis astheni-  
cis malignis. Lentin, et Jahn Kinderkrankh. pag. 123.

**Infusum Sambuci cum Sulphure stibiato.**

℞ Florum Sambuci Unciam unam,  
digere aquae fontanae q. s. Colaturaec Unciarum sex adde  
Oxymellis simplicis,  
— squillitici ana Unciam unam,  
Tartari stibiati Grana duo.

M. S. Omni bihorio cochlear. Vasa et glandulas pulmonum incitat et ad excretionem sputorum disponit, hinc in pneumonia, minuta jam hypersthenia primi statii, et in asthmate pituitoso adhibendum,

**Infusum Seminis Santonici.**

℞ Radicis Valerianaee,  
Sem. Santonici ana Unciam dimidiam,  
infunde in vase clauso cum  
Aquaee fervidae Unciis novem,  
Colaturaee adde  
Aquaee Menthae piperitae Uncias duas,  
Extracti Nucum juglandium,  
Tincturae Valerianaee ammoniatae ana Drachmas tres.

D. S. Omni hora cochlear.  
vel:

℞ Seminis Santonici Unciam dimidiam,  
infunde cum  
Aquaee Foeniculi,  
— Menthae piperit. ana Uncias quatuor,  
Colaturaee adde  
Camphorae in Aethere sulphurico solutae  
Drachmam.

D. S.  
tans, in  
præbet,

I  
℞ Fol  
Sen

Ma  
Tar  
Purgans  
sibus su

Infu

℞ Rad

Aqu

Aqu  
Aetl  
Syr

S. Omn  
in febril

D. S. Omni hora cochlear. — Anthelminticum incitans, in statu asthenico, qui vermium generationi ansam praebet, efficacissimum.

### Infusum Sennae cum Manna.

R. Foliorum Sennae Urciam dimidiam,  
Seminum Coriandri (vel Foeniculi vel Anisi  
stellati) Drachmam unam,  
infunde aquae fervidae q. s.  
Colaturaë Unciarum duarum cum dimidia  
adde  
Mannae electae Urciam, unam,  
Tartari depurati Drachmam unam.

Purgans antiphlogisticum, penitus semel, vel partitis do-  
sibus sumendum.

### Infusum Serpentariae cum Aethere.

R. Radicis Serpentariae virginianaæ,  
— Valerianae min. ana Urciam dimid.  
infunde et digere cum  
Aquaæ fervidae s. q.  
Colaturaæ frigidæ Unciarum sex adde  
Aquaæ Cinnamomi vinosaæ Uncias duas,  
Aetheris sulphurici Drachmas duas,  
Syrupi Corticum Aurantiorum Urciam.

S. Omni bihorio cochlearia duo. Validum excitans,  
in febribus asthenicis cum torpore egregium.

Infusum Serpentariae cum Croco et  
Vino.

℞ Rad. Serpentar. virgin. Drachmas duas,  
Croci anglicani Drachmam dimidiam.  
Misce et infunde vase clauso in  
Aqua bullientis q. s.  
per horam unam, ut colentur Unciae sex,  
quibus adde  
Aqua Menthae crisp. Uncias duas,  
Vini Maderiensis Uncias quatuor,  
Syrupi opati Unciam unam,  
Tincturae aromatico-acidae q. s. ad gratum  
saporem acidum,

D. ad vitr. S. Cochlearia duo omni bi- vel triho-  
rio, vel saepius, sin opus est. Efficacissimum hoc reme-  
dium invenit Hillary in typho acuto et febre flava,  
ubi vomitus, vix ullo remedio retinendi, eodem compesci  
solebant. Incitans et analépticum praestantissimum.

Infusum Serpentariae cum Decocto  
Chinae.

℞ Radicis Serpentariae Unciam dimidiam,  
infunde cum  
Decocci Corticis peruv. fervidi Unciis sex.  
Digere in vase clauso. Colatura adde  
Aetheris sulphurici Drachmas duas,  
Aqua Cinnamomi Uncias duas,  
Syrupi Cinnamomi Unciam dimidiam.  
Dosis omni bihorio cochlear unum vel cochlearia duo.  
Incitat vehementer, in typho egregium, Serpentariae  
loco et Radice Valeriana uti licet.

et Infusum Valeriana cum Aethere.

**R**adicis Valeriana minoris Drachmas duas  
ad sex,

infunde cum

Aqua fontanae servidae Uncii octo.

Colatura frigidae adde

Aqua Cinnamomi simplicis Uncias duas,

Spiritus sulphurico-aetherei Drachmas duas.

Syrupi (cujusdam) Unciam.

Potenter incitat, in morbis asthenicis cum torpore adhibendum ad cochlear omni bihorio, vel si opus est, omni hora.

### Infusum Valeriana cum Millepedis et Hydrogenio.

**R**adicis Valeriana sylv. Drachmas duas,  
infunde

Aqua servidae Unciam unam.

Colatura adde

Aqua Cinnamomi simplicis Unciam unam,

Millepedarum viventium No 50.

Digerantur per bihorium ad balneum arenae  
in lagena cum vitro clauso; fiat colatura  
et residuum fortiter exprimatur. Adde

Syrupi Corticum Aurant. Unciam unam,

Tincturae Opii simplicis Guttas sex.

Proximo, ante quam sumitur, temporis momento adde  
Gas Hydrogenii purissimi pollicem cubicum. Agitetur. —  
Auctor hujus remedii est Le Febure. (Ueber den  
schwarzen Staar und die neuentdeckte Heilart desselben,  
Leipz, 1801) qui ejus usum in Amaurosi exper-

tum habuisse affirmat. Tota haec remedii portio penitus potetur, in initio semel in die, dein mane et vespere. Simul Tincturae Opii et Gas Hydrogenii quantitatem augere licet.

### Jus Millepedarum.

**R** Millepedarum praeparatarum cum acidoso sulphurico imbutarum Drachmam unam. Aquae aromaticae Unciam dimidiam, Juris Carnium Uncias novem.

M. S. Per diem vasculatim ebibendum. Laudatur tanquam diureticum in lithiasi renum et vesicae a Cohen Abh. vom Stein, pag. 75. — Neque remedium hoc animale penitus rejiciendum esse existimo, cum ejusdem usus experientia comprobetur.

### Linctus Cetacei.

**R** Olei Amygdalarum, Syrupi Violarum ana Unciam unam et dimidiam, Cetacei Drachmas duas, Conservae Rosarum Unciam dimidiam.

Fiat bene terendo linctus, cuius omni bihorio cochlear sumendum in tussi et irritatione pectoris egregie demulcit et lenit.

### Linctus Mesembryanthemi.

**R** Succi herbae Mesembryanthemi crystallini recenter expressi et despumati, Syrupi Visci querni ana Unciam.

Ad tuss  
Ipecacua  
cochlear  
Formula  
1807.

Liqu

**R** Liq  
Spin  
M. Dosi  
efficax r

**R** Liq  
Elix  
Tin  
Vin

In morbi  
laudatur  
siva in  
horio.

**R** Arse  
Aqu

Soda

Aqua

peni-  
espere.  
em au-  
  
Ipecacuanha et juncitis enematibus antispasmodicis, dosi  
cochlearis minoris, sexies de die, commendat Wendt  
Formulae medicamentorum Instituti clinici Erlangensis  
1807.

### Liquor Ammonii succinici aethereus.

(antarcticus Elleri.)

R Liquoris Ammonii succinici,  
Spiritus sulphurico-aetherei ana.

M. Dosis guttae viginti. In arthritide asthenica chronicā  
efficax remedium, cui et Oleum Cajeput addere licet.

### Liquor ammoniato-stibiatus.

R Liquoris Ammonii succinici,  
Elixirii e Liquiritia ana partes duas,  
Tincturae Opii crocatae,  
Vini stibiati ana partem unam.

In morbis pectoris spasmodicis salubre. Praesertim vero  
laudatur a Jahnio (vom Keuchhusten) in tussi convul-  
siva in dosi viginti usque ad 40 guttarum omni bi-  
horio.

### Liquor arsenicalis.

R Arsenici albi Drachmam dimidiam,  
Aquae communis destillatae Uncias sex.  
Misce, digere in balneo arenae ope justi ca-  
loris per horas sex. Tum adde  
Sodae carbonicae purae Drachmam dimi-  
diam,  
antea solutam in  
Aquae Cinnamomi simplicis Unciis duabus.

E

Digere denuo per aliquot horas leni calore. S. Omni trihorio vel quadrihorio guttas quatuor ad sex in decocto hordei. — Haec est compositio Tincturae antipyreticae, quam p[re]a[li]is Arsenici praeparatis commendat Harless de Arsenici in febribus intermittentibus usu. Erlangae 1809. Conf. etiam Solutio arsenicalis.

### Liquor Cupri ammonio-muriatici. (Kochlini.)

℞ Cupri oxydati carbonici Grana quadraginta duo,  
solve in

Acidi muriatici depurati sufficiente quantitate, donec omnis effervescentia desierit,

adde

Ammonii muriatici depurati Drachmas novem et dimidiam et Grana sex,

Aquae destillatae simplicis quantum sufficit ut fiant Liquoris Unciae sex.

Hoc modo compositionem cupri ammonio-muriatici anuperrimo ejus virium antisiphiliticarum teste Kochlini (Salzb. med. chir. Zeitung 1818, pag. 31. 32) propositam emendavit Buchner im Repertorium der Pharmacie Bd. 7. pag. 145. De usu hujus Liquoris videatur Aqua Cupri ammonio-muriatici.

### Liquor Kali acetici cum Rheo.

℞ Kali carbonici Drachniam,  
saturetur cum

Aceti vini s. q.

adde

Tincturae Rhei aquosae Unciam,

Vini stibiati Drachmam.

Tanquam  
visceribus  
liquor a  
tat, hinc  
cedendum

Liq

℞ Olei

M. S. 5,  
tantibus  
torpore,

Liq

℞ Resi

Liq

D. S. T  
florum sa  
tidi asthe

Liq

℞ Extr

Liq

Tinc  
Aeth

Hujus liq  
horio ded

Omni de-  
anti-  
men-  
ntibus  
lis.

Tanquam resolvens obstructionum in mesenterio et visceribus, praecipue infantum, a Sellio laudabatur hic liquor a guttis decem ad triginta. Sed intestina debilitas, hinc caute eodem utaris. Magis ejusdem usus concedendus est in hydrope.

---

### Liquor Olei animalis et Cajeputi.

R. Olei animalis aetherei Drachmam,  
— Cajeput Drachmam dimidiam.

M. S. 5, 10—15 guttas pro dosi. — Ubi fortissimis incitantibus opus est, e. g. in podagra retrograda, atonica, torpore, caet.

---

### Liquor Saponis stibiati guajacinus.

R. Resinae Guajaci nat. Drachmam,  
solve in  
Liquoris Saponis stibiati Drachmis sex.

D. S. Ter in die guttae viginti ad triginta in infuso florum sambuci vel aquae vasculo sumendae. — Arthritidi asthenicae chronicae opponitur.

---

### Liquor stibiatus cum Aconito.

R. Extracti Aconiti Drachmam dimidiam,  
solve in  
Liquoris Saponis stibiati Uncia una,  
adde  
Tincturae Guajaci ammoniatae,  
Aetheris sulphurici ana Unciam dimidiam.

Hujus liquoris guttas sexaginta ad septuaginta omni biorio dedit, simulquae balnea ex lixivio et unguentum

E 2

ex adipe et Liquore Kali carbonici adhibuit Vogel (Gesundheitszeitung 1803, zwölftes Heft), et arthritidem pertinacissimam, in contracturas artuum jam transeuntem, sanavit.

### Mixtura Acidi muriatici,

Rx Acidi muriatici,  
Spiritus sulphurico-aetherei ana Drachmas duas,  
Aquae Cinnamomi simplicis Uncias septem,  
Syrupi Rubi Idaeи Uncias tres. M.

Dosis omni bihorio cochlearia duo. Tanquam specificum antifebrile celebratur ab iis, qui Reichianam febris theoriam amplectuntur. Sed omnibus febris generibus pariter contrarium medicamentum existere plane nequit. Quare merito acidi muriatici et hujus mixturae usum febribus tantummodo asthenicis, vel sthenicarum seniori periodo et erethismo asthenico febrili opponendum esse merito statuerunt recentiores medici. cf. Burdach die neuesten Entdeckungen in der Heilmittellehre, Leipzig 1806. pag. 33. — Febres asthenicas in extremo stadio hac mixtura se sanasse affirmat Langguth (Reichsanzeiger 1801. no. 140. pag. 1896).

### Mixtura Acidi muriatici oxygenati.

Rx Acidi muriatici oxygenati,  
Aquae destillatae,  
Syrupi Rubi Idaeи ana. M.

Hujus mixturae omni hora cochlear Typho contagioso laborantibus dare suadent Schüler et Wolf in Hufeland et Himly Journal der pract. Heilkunde. 1814 XII. Bd. August.

*Mixtura Acidi nitrici.*

℞ Acidi nitrici fumantis Drachmam dimidiam,  
Aqua destillatae Libram unam cum dimidia,  
Syrupi Cinnamomi Unciam unam cum di-  
midia,

M. Dosis omni bihorio Unciae duas vel plures.

vel:

℞ Acidi nitrici fumantis Scrupulos duos,  
Opii Grana duo,  
Aqua destillatae Uncias duas. M.

Dosis omni trihorio cochlear dimidium ad integrum.  
Acidum nitricum in hisce dosibus in syphilitidis variis  
formis, in hepatide chronica, et in typho absque Diar-  
rhœa cum fructu adhibitum est. cf. Burdach die  
neuesten Entdeck. in der Heilmittellehre. Leipzig. 1806.  
Pag. 8. seq.

*Mixtura Acidi phosphorici.*

℞ Acidi phosphorici Drachmam dimidiam ad  
integrum,

Aqua Menthae piperit. Uncias quinque,  
Syrupi Cortic. Aurantior. Unciam dimidiam.

M. D. S. Omni quadrante vel dimidia horae cochlear.  
vel:

℞ Decocci Corticis Chiae Uncias sex,  
Acidi phosphorici,  
Aetheris sulphurici ana Drachmam unam,  
Syrupi Cinnamomi Unciam dimidiam. M.

Usus ut prioris. — Acidum phosphoricum effectus pra-  
stat incitantes analepticos uti phosphorus, sed securius  
datur, et (mea quoque) experientia teste, in typho, et

astheniis chronicis salubre est. (conf. etiam Heckers  
Kunst die Krankh. zu heilen, I. Bd. pag. 602.)  
vel:

Rx Aquae Cinnamomi vinosae Unciam,  
Acidi Phosphorici Unciam dimidiam. M.

Hujus Mixturae quadraginta quinque guttas quater in  
die sumtas, simulque injectiones ex aquae destillatae  
Unciis septem et Acidi phosphorici Uncia una erga ca-  
riem ossium egregias invenit Theod. Fried. Engel Diss.  
ossium cariem atque necrosin nec non acidi phosphorici  
in illis curandis efficaciam exhibens. Giess. 1802. 64. S.

### Mixtura Acidi sulphurici.

Rx Aquae Menthae piperitae Uncias sex,  
Acidi sulphurici diluti Drachmam,  
Syrupi Rubi Idaeii Unciam.

M.D.S. Omni hora cochlear unum ad cochlearia duo.  
vel;

Rx Aquae communis Uncias decem,  
— florum Aurantii Unciam,  
Mixturae sulphurico-acidae Drachmam di-  
midiam,

Syrupi Violarum Unciam.

M. D. S. Omni bihorio patera dimidia usque ad inter-  
gram sumenda.

vel;

Rx Aquae Menthae piperitae Uncias septem.  
Tincturae Cinnamomi Unciam dimidiam ad  
nnam,  
Mixturae sulphurico-acidae Drachmam di-  
midiam,  
Syrupi cujusdam Unciam. M.

Dosis  
bus mo-  
maticis  
giis astl  
Handbu  
Zweite

Rx Ae  
Aq

Hujus i-  
mendat  
nication  
german  
sulphur  
intensio  
perfert

Rx Ex

Aq  
Ka  
Haemo-  
vespere  
Remedi-  
lens es-  
cia, E-  
duabus.

Dosis omni hora duo cochlearia. — Usus in compluribus morbis asthenicis, ubi acida mineralia remediis aromaticis juncta indicantur, praecipue vero in haemorrhagiis asthenicis, in primis eteri. conf. Meyers systematisches Handbuch zur Erkenntnis und Heilung der Blutflüsse. Zweiter Band, Wien 1804.

### Mixtura aetherea simplex.

Rx Aetheris sulphurici Drachmas tres,  
Aquaæ fontanae Libras duas. M.

Hujus mixturæ Uncias duas omni bihorio egregie commendat in typho petechiali Smyth in medical communications Vol. 1. Cf. et Macbride Arzneik. versionis germanicae pag. 515. — Ejusdem loco omnino aetheris sulphurici guttas quindecim sumere licet, sed earum vis intensior, et subitanus stimulus quandoque difficilius perfertur quam hujus mixturæ virtus incitans mitior.

### Mixtura aloetica.

Rx Extracti Myrrhae,  
— Aloes ana Drachmam,  
Aquaæ Menthae piperit. Uncias sex,  
Kali tartarici Unciam dimidiam. M.

Haemorrhoidibus, ubi opus est, promovendis, mane et vespere sumatur cochlear. Sed in eo caute progrederaris. Remedium, violentius haemorrhoides et menstrua pel-lens est Elixir proprietatis ex Essentia Croci Uncia, Essentia Myrrhae et Tinctura Aloes ana Unciis duabus.

### Mixtura aluminosa.

**R** Aluminis crudi Drachmam dimidiam,  
solve in  
Aqua destillatae Unciis sex,  
adde  
Mucilaginis Gummi Mimosae Unciam unam  
et dimidiam,  
Syrupi cuiusdam Unciam.

Dosis omni bithorio cochlearia duo usque ad pateram dimidiam. In evacuationibus colliquativis, haemorrhagiis athenicis praecipue. cf. Meyer Handbuch zur Erkenntnis und Heilung der Blutflüsse. Wien 1804. II. Band.

vel:

**R** Aluminis crudi Unciam dimidiam,  
solve in  
Aqua Cinnamomi Unciis quatuor,  
adde  
Syrupi Corticum Aurantior. Unciam dimidi-  
diam.

Dosis omni hora cochlear.

vel:

**R** Aluminis crudi,  
Gummi Mimosae ana Drachmas duas,  
solutis in  
Aqua Menthae piperitae Unciis quatuor,  
adde  
Tincturae Opii simplicis Drachmam,  
— Cinnamomi Drachmas duas.

---

### Mixtura Ammoniaci.

**R** Ammoniaci Vitello ovorum q. suff. subacti  
Drachmas duas,

Aquae Hyssopi Uncias sex,  
Oxymellis scillitici Unciam.

M. D. S. Omni tri-vel, si opus est, biborio cochlear.  
Incitans organorum respirationis, hinc in affectibus eo-  
rundem asthenicis pituitosis, promovendae expectoratio-  
nis ergo, prodest.

vel:

**R** Ammoniaci Drachmam,  
solve in

Aceti scillitici Unciis quatuor,  
adde

Syrupi Senegae Uncias duas.

Hujus expectorantis parvum hinc inde cochlear sumatur  
in asthmate paralytico-pituitoso, omnibusque morbis pe-  
ctoris asthenicis cum magna pituitae secretione.

### Mixtura Ammonii acetici.

**R** Liquoris Ammoni acetici Drachmas tres,

Aquae florum Sambuci Uncias tres,  
Vini stibiat Drachmam unam et dimidiam,  
Syrupi Rubi Idaeui Unciam dimidiam.

M. D. S. Omni biborio, vel saepius, cochlear. Diapho-  
retica est, quare in morbis exanthematicis, scarlatina  
praeципue, variolis, morbillis etc. ubi congestio, humo-  
rum eutem versus determinanda, adhibeatur.

vel:

**R** Liquoris Ammonii acetici,

Aquae destillatae ana Uncias quatuor,  
Succi inspissati Sambuci Unciam,  
Tincturae aromaticae Drachmas duas. M.

Magis incitat. In typhi mitiori gradu restituenda simul diaphoresi utilissima.

### Mixtura Ammonii carbonici pyro-oleosi camphorata.

R. Ammonii carbonici pyro-oleosi,  
Camphorae subactae ana Drachmam,  
solve in  
Aquaee Cinnamomi simplicis Unciis octo,  
Mucilaginis Gummi Mimosae q. s.  
fiat emulsio cui adde  
Syrupi emulsivi Unciam.

S. Omni hora cochlear dimidium ad integrum. Potentissimum incitans, in typho aliisque morbis asthenicis cum vehementi torpore, adhibendum.

### Mixtura Extracti Arnicae.

R. Extracti Arnicae Drachmas duas,  
Tincturae Castorei Drachmam,  
Syrupi Corticum Aurantior. Drachmas sex.  
Aquaee Menthae piperit. Uncias sex.

M. Dosis omni bihorio cochlear. In morbis nervosis, spasmis et convulsionibus asthenicis egregia.

### Mixtura Asae foetidae.

R. Asae foetidae Drachmas duas.  
Liquoris Ammonii acetici Unciam.  
Aquaee aromaticae Uncias tres,

M. F. So prime la lar (Ben Aus dem Drachmi tribus et hibeatur

R. ticus Chi rantiorui tri- vel e

M R. Aq Pu

Ca

Sy Contine citer du opus est Collin rae dose camphor

M R. Can Spi

Aqu Tin

M. F. Solutio, cuius omni bihorio cochlear sumendum ap prime laudat in asthmate spasmatico acuto Joh. Millar (Bemerkungen über Engbrüstigkeit und Hühnerweh. Aus dem Engl. 1769.) simulque clyster ex asae foetidae Drachmis duabus, decocti specierum resolventium Uncis tribus et olei olivarum Uncia una. — In remissione ad hibetur:

R. Aquae Menthae piperitae Drachmas sex. Corticis Chineae pulveratae Scrupulum. Syrupi Corticum Aurantiorum Drachmas duas. M. F. haustus omni bi-, vel tri- vel quadrihorio repetendus.

### Mixtura camphorata simplex.

R Aquae destillatae Uncias quinque,  
Pulveris gummosi Drachmam unam et di-  
midiam,  
Camphorae terendo admixtae Drachmam di-  
midiam,  
Syrupi opati Unciam.

Continet hujus mixturae cochlear camphorae grana cir-  
citer dua et dimidium, hinc ubi jam majori ejusdem dosi  
opus est, cochleatim sumatur haec mixtura omni bihorio.  
Collinus, qui in morbis gangraenosis magnas campho-  
rae doses efficacissimas invenit, integrum in hac mixtura  
camphorae drachmam solvi et in die consumi jussit.

### Mixtura camphorato-aetherea.

R Camphorae Scrupulum,  
solve in  
Spiritus sulphurico-aetherei Drachm. duabus,  
adde  
Aquae Cinnamomi Uncias sex,  
Tincturae Opii crocatae Guttas viginti.

Dosis omni tri- vel quadrihorio cochlear. Incitans effacissimum, summis typhi cum torpore gradibus opponendum. Loco Aquae Cinnamomi simplicis et vinosa addere licet.

### Mixtura camphorato-spirituosa.

℞ Camphorae Drachmas duas cum dimidia,  
Spirit. Vini rectificati Drachmas tres,  
Gummi Mimosae,  
Sacchari albi ana Drachmas duas.  
Misce simul, denique adde gradatim  
Aquae fluvial. fervent. Uncias octodecim.

Dosis cochlaria duo vel tria ad libitum. — Rowley (von Nervenkrankheiten), hanc compositionem invenit, eamque merito jalapio e Camphora praefert, quia Camphorae quantitatem accuratius constituere licet. In Jalapio e Camphora aqua calida Camphorae tantum evaportatur, ut remedium dubium imo inefficax inde nascatur. Laudatur etiam a W. Perfect Annalen einer Anstalt für Wahnsinnige, pag. 288, in Melancholia, minuto jam systematis sanguiferi erethismo.

### Mixtura Castorei aetherea.

℞ Tincturae Castorei Drachmas duas,  
Spiritus sulphurico-aetherei Drachmam,  
Aquae Melissae Uncias sex,  
Syrupi Corticum Aurantiorum Drachm. sex.  
M. Dosis omni bihorio cochlear. In affectibus nervosis,  
colica menstrua, et spasmis efficax.

### Mixtura Castorei ammoniato-spirituosa.

℞ Ammonii carbonici pyro-oleosi,  
Castorei ana Grana quinque,

Essentiae Corticum Aurantiorum Drachman:  
dimidiam.

Aquaee Cinnamomi Unciam unam et dimid.

Tincturae Opii simplicis Guttas quinque.

M. Dosis omni hora cochlear parvum in colica, spasmis  
hystericis, aliisque affectibus, ubi anodynus incitantibus  
opus est.

### Mixtura Chelidonii,

℞ Extracti Chelidonii Drachmas duas cum di-  
midia,

— Hyoscyami Scrupulum unum,

Kali sulphurici Unciam unam,

Tartari stiviati Granum unum,  
solve in

Aquaee florum Sambuci Unciis sex,

adde

Oxymellis scuillitici Unciam unam.

D. S. Omni bihorio cochlear dimidium. Egregium  
hujus compositi effectum antihydricum sese expertum  
esse affirmat Conradi (cf. Hufeland's Journal der prakt.  
Heilk. XXI, Bd. 1. St.) Caeterum Chelidonii virtus in  
lue problematica.

### Mixtura Chinae acida.

℞ Extracti Chinae frigide parati Unciam di-  
midiam,

solve in

Aquaee Cinnamomi simplicis Unciis sex,

adde

Acidi sulphurici concentrati Guttas triginta,

Tincturae Cinnamomi Drachmas duas.

D. S. Omni bihorio cochlear. — De mixturae hujus  
in diarrhoeis colliquatibus et conficientibus usu experien-

tias communicavit Bickerus Mat. medic. Brem. 1778.  
Eodem scopo ei addere licet Tincturam Opii a Guttis  
viginti ad quadraginta.

### Mixtura Chinæ phosphorata.

℞ Aquæ Cinnamomi Uncias tres,  
Extracti Corticis peruviani Unc. dimidiam,  
Phosphori in Naphtha Vitrioli soluti Grana  
tria,

Syrupi Corticum Aurantior. Uncias tres.

M. D. S. Omni bihorio cochlear. Egregiam invenit in  
dysenteria cum summa debilitate, in petechiis, aliisque  
typhi consummati signis, frustra jam adhibitis excitanti-  
bus efficacissimis, Ortel med.-prakt. Beobachtungen,  
1. Bd. 1. Heft. Leipzig. 1804. pag. 59.

### Mixtura Chinæ spirituosa.

℞ Pulveris subtilissimi Chinæ regiae Unciam  
unam.

Spiritus Vini Uncias octo.

Aetheris sulphurici Drachmas duas.

M. Dosis omni bihorio, imo omni hora cochlear —  
Ante usum bene quassetur. Valide excitat, in febribus  
asthenicis cum torpore efficacissimum remedium. (cf. L.  
G. Rademacher Beschreibung einer neuen Heilart des  
Nervenfeuers. Berlin 1803.)

### Mixtura Cicutae.

℞ Extracti Conii maculati Grana quindecim,  
Aquæ purae,  
— Menthae piperitae ana Uncias quatuor.  
Sacchari albi q. s. ad gratum saporem. M.

1778.  
Guttis  
diam,  
Grana  
es.  
enit in  
aliisque  
citanti-  
ungen,  
nciam  
ear —  
ebribus  
(cf. I.  
lart des  
cim,  
atuor.  
a. M.

Juxta Armstrongii aliorumque experientias prodest infantibus parvis, qui tussi convulsiva laborant, hujus mixturae parvum cochlear, omni quadrihorio datum et auctis deinde dosibus pluries repetitum.

vel:

**R** Extracti Conii maculati Scrupulum,  
Aquae Cinnamomi,  
Syrupi Corticum Aurantiorum ana Unciam  
dimidiam.

M. D. S. Ter in die cochlear parvum. In cancro laudata, sed virtus problematica.

### Mixtura cinnamomea cum Alumine.

**R** Aquae Menthae Uncias sex,  
Tincturae Cinnamomi Unciam,  
Aluminis crudi Scrupulum,  
Syrupi opiatii Unciam.

M. S. In initio omni hora, postea omni bihorio duo cochlearia. — Plenck (Pharmacologia. Vienn. 1804) in haemorrhagiis uteri ab atonia uteri et nimio haemorrhoidum fluxu hanc mixturam eximie laudat. Equidem a Tinctura Cinnamomi mera optimos vidi effectus.

### Mixtura Colchici.

**R** Aquae Petroselini Uncias sex.  
Spiritus Mindereri,  
Oxymellis Colchici ana Uncias duas.

M. Dosis omni bihorio cochlear. Egregium hydragogon in ascite. (cf. Voltelen Pharmacologia univ. P. II.)

### Mixtura Balsami Copaivae.

℞ Balsami Copaivae Drachmas duas,  
Vitelli ovorum No. duo,  
misce exacte, terendo affunde  
Aquaee aromaticae Uncias tres.

D. S. Omni bihorio vel hora cochlear parvum. Partes uriniferas praecipue incitat, hinc in morbis renum asthenicis et gonorrhoea chronica adhibenda.

### Mixtura cretacea.

℞ Cretaee praeparatae Unciam dimidiam,  
Gummi Mimosae Drachmas duas,  
coque cum  
Aquaee fontanae Uciis duodecim,  
ad remanentiam Unciarum octo, ad finem adde  
Pulveris Nucis moschatae Drachmam dimidi-  
diam,  
Sacchari albi Drachmas duas.

Dosis omni bihorio vasculum dimidium. Remedium ef-  
ficax est, nec magni pretii in dysenteria et diarrhoeis.

### Mixtura Digitalis camphorata.

℞ Tincturae Digitalis Drachmam unam et di-  
midiam,  
— Hyoscyami Drachmam,

Emulsionis camphoratae Uncias quatuor.

Dosis omni hora cochlear parvum. Erethismum sys-  
tematis arteriosi mitigat; ad praecavendos abortus ex ni-  
mia vasorum actione praecipue laudatur a J. Burns in  
Bulletin des sciences medicales publie au nom de la so-  
ciete medicale d'emulation de Paris. Tom. 4. Paris 1809.  
Aout.

Mixtura guajacina.

R Pulveris Resinæ Guajaci nativæ Drachmam,  
 Gummi Mimosæ Drachmas sex,  
 Decocti Stipitum Dulcamarae Uncias sex,  
 misceantur terendo et adde  
 Syrupi simplicis Unciam dimidiam.  
 Detur cochleatum. Antarthriticum efficax.

vel:

R Resinæ Guajaci nativæ Drachmam,  
 Aquæ Foeniculi, Uncias sex,  
 Mucilaginis Gummi Mimosæ q. s.  
 f. Emulsio, adde  
 Syrupi emulsivi Unciam,  
 Spiritus nitrico-aetherei Guttas viginti.  
 D. S. Mane, pomeridie et vespere cochlearia duo.  
 (Hufeland's System der prakt. Heilk. 3. Bd.)

vel:

R Resinæ Guajaci nativæ Drachm. dimidiam.  
 solve cum  
 Vitelli Ovorum No. uno, adde  
 Aquæ Cinnamomi Uncias duas.  
 D. S. Omnipotiorio cochlear dimidium,

vel:

R Resinæ Guajaci nativæ Drachmas tres,  
 Sacchari albi,  
 Gummi Mimosæ ana Drachmas duas,  
 tere exacte et adde  
 Liquoris Ammonii acetici Uncias duas,  
 Aquæ Cinnamomi vinosae Uncias quatuor.  
 D. S. Omnipotiorio cochlear. — Antarthriticum,  
 sudoriferum, sed in arthritide asthenica solummodo adhi-  
 bendum.

Mixtura guajacina amara.

R<sub>c</sub> Aquae Cerasorum Uncias sex,  
 Extracti Quassiae,  
 — Ligni Guajaci,  
 Spiritus sulphurico-aetherei ana Drachman  
 dimidiam,  
 Syrupi Corticum Aurant. Unciam.

M. S. Ter in die duo cochlearia extra podagrae paroxysmum sumenda. Ad recuperandum membrorum podagricorum usum utilissimum invenit Plenck (Pharmacol. Vienn. 1804.)

Mixtura Hydrargyri corrosivi.

R<sub>c</sub> Hydrargyri muriatici corrosivi Grana sex,  
 Ammonii muriatici Grana duodecim,  
 solve in  
 Aquae destillatae Libra una.

Dosis quotidiana Drachmae duae ad Unciam dimidiam (Pharmacop. Edimb. 1795.) Validum quidem antisyphiliticum, sed caute adhibendum.

R<sub>c</sub> Hydrargyri muriatici corrosivi Gran. unum  
 solve in  
 Aquae florum Sambuci Drachmis decem,  
 adde  
 Tincturae Opii simplicis Guttas decem,  
 Succi Liquiritiae depurati Drachmam.

D. S. Omni triborio guttas viginti. Non solum i syphilitide, sed etiam in aliis morbis, ubi mercurii efficiens opus est, praecipue vero in angina membranacea hanc compositionem efficacem invenit Niemann in editamentis ad Heberdens Commentarien.

### Mixtura Nucum Juglandium.

R Extracti Nucum Juglandium Drachmas duas,  
 Aquae Cinnamomi simpl. Unciam dimidiam.  
 Efficax anthelminticum, cuius dosis infanti bienni guttae sexaginta, adultis guttae centum in die.

### Mixtura juniperina.

(Swietenii.)

R Succi Juniperi inspissati Uncias quatuor,  
 diluantur in  
 Aquae stillaticiae Juniperi Libris duabus,  
 adde  
 Spiritus e baccis Juniperi destillati Uncias  
 duas,  
 — nitrico-aetherei Unciam.

Hujus remedii, omni trihorio cochlearim sumendi, egregium effectum antihydripicum affirmant Swietenius in Comm. in Boerhaave Aphorismos Tom. V. p. 253 et Wilh. Hark in Hufeland's Journal der pract. Heilk. Jahrgang 1812. Juli.

### Mixtura kalina.

R Magnesiae carbonicae Drachmam unam.  
 Aquae destillatae Uncias quinque et dimid.  
 Tincturae Cinnamomi Drachmas tres,  
 Liquoris Kali carbonici Drachmam unam.

M. Dosis duo vel tria cochlearia in omnibus affectibus acoris ventriculi, praecipue post coenam sumenda; egregium praecipue in gravidarum affectibus ex acido ventriculi. Laudatur a Sims in Kühns med.-phys. Journal, Septembr. 1800. — Evidem in ructibus acidis et gastrodynbia gravidarum egregias inveni Liquoris Kali

carbonici guttas aliquot in aqua, — vel pulverem ex  
aromatibus, Cinnamomo scilicet, pipere cajennensi, car-  
damomis et ammonii carbonici grano.

**Mixtura Kali carbonici saturati, vide  
Saturatio.**

**Mixtura kalino-ammoniata.**

R. Kali carbonici Unciam dimidiam,  
Aquae Cinnamomi Uncias quatuor,  
Opii puri Grana duo,  
Ammonii carbonici Drachmam.

Solv. Dosis omni bihorio cochlear. Ad morbos syphi-  
liticos summopere laudavit hanc mixturam, ab ipso Tie-  
ctura antsyphilitica nuncupatam Besnard (Analytische  
Erklärung über Entstehung, Natur und Wirkung des  
venerischen Giftes, nebst einer eigenen Heilart, die Quelle  
der Lustseuche auf eine sichere, bequeme, geschwinde  
und wohlfeile Art ohne Quecksilber zu vertilgen. Mün-  
chen 1811.)

Convenit fere cum hac, alia compositio, quam prius  
jam Talbot, et nuper Eichheimer (in Horn's Ar-  
chiv für med. Erfahrung 1814) erga mala venerea intu-  
et extus utiliter adhibuisse affirmant, nimirum:

R. Kali carbonici Uncias duas, solve in  
Aquae Melissae Unciis tribus et dimidia, adde  
Extracti Opii aquosi,

— Chelidonii ana Scrupulum.

Digeratur per 24 horas, filtra, adde  
Liquoris Ammonii caustici Drachmas duas.

Compluria vero experimenta cum remedio Besnardi  
di instituta ejusdem effectum haud comprobaverunt, se-  
cundummodo mitioribus et topicis affectibus syphiliti-  
co mederi, docent.

R. Tar-  
Kali  
Aqua  
Succ  
Syru  
Antiphlogi-  
jus dosis

R. Kali  
Extr  
Aqua  
In affectil  
mane et  
über die

R. Infus  
Aqua

M. Dosis  
aquam la-  
Schlege  
Jena 1800  
aqua laur-  
cum aqua  
sunt effec

*Mixtura Kali nitrici.*

Rx Tartari depurati,  
 Kali nitrici ana Drachmas tres,  
 Aquae fontanae Uncias sex,  
 Succi Citri recentis,  
 Syrupi Succi Citri ana Uniciam unam.  
 Antiphlogisticum egregium in morbis hypersthenicis, cu-  
 jus dosis omni bihorio cochlear.

*Mixtura Kali tartarici.*

Rx Kali tartarici,  
 Extracti Marrubii albi ana Drachmas duas.  
 Aquae Melissae Uncias tres.  
 In affectibus haemorrhoidalibus cum obstructione alvina  
 mane et ante cubitum pars dimidia. (cf. Hildebrandt  
 über die blinden Hämorrhoiden. Erlang. 1795.)

*Mixtura Aquae Laurocerasi.*

Rx Infusi frigidi Rasurae Ligni Quassiae Uncias  
 quatuor,  
 Aquae Laurocerasi Guttas sexaginta,  
 — Menthae piperitae Uncias duas.

M. Dosis ter in die cochlear unum. — Erga lienteriam  
 aquam laurocerasi in hac compositione egregiam invenit  
 Schlegel (Materialien für die Staatsarzneik. 1te Samml.  
 Jena 1800.) adhibitis simul enematisbus amylaceis cum  
 aqua laurocerasi. — In dysenteria enemata ex amylo  
 cum aquae laurocerasi guttis 40 ad 60 praestantissimi  
 sunt effectus,

**Mixtura Liquoris Ammonii acetici.**  
 (antasthmatica Cullen.)

℞ Aquae Menthae piperitae,  
 — Raphani rustici ana Uncias tres,  
 Liquoris Ammonii acetici Uncias duas,  
 Sacchari albi Unciam dimidiam,  
 Acidi succinici Scrupulum.

M. D. S. Omni bihorio cochlearia tria vel duo. Cul-  
 lenius magni fecit hanc mixturam in asthmate astheni-  
 co; quamvis Liquor Ammonii aceticus addito acido ali-  
 quantum decomponatur.

**Mixtura Liquoris Ammonii caustici.**

℞ Liquoris Ammonii caustici Drachmam dimi-  
 diam ad integrum,  
 Aquae Menthae Uncias octo,

Syrupi Corticum Aurantiorum Unciam.

M. D. S. Omni bi- vel trihorio cochlear. — Carminati-  
 vum in tympanite.

**Mixtura Liquoris Kali caustici.**

℞ Liquoris Kali caustici Guttas decem ad viginti.  
 Decocti Baccarum Juniperi Libram.

Sumatur in die. Erga calculum urinae laudatur a Cohe<sup>n</sup>.

**Mixtura Lycopodii.**

℞ Magnesiae carbonicae Drachmas duas,  
 saturentur cum

Aceti Vini concentrati s. q.  
 adde

Aquae Menthae,

Syru  
Sem

D. S.  
infantum  
que, tan-  
tus est. A  
gen, i. B

℞ Extra

Deca

Oxy  
Syru

D. S. O  
haud pla  
num et p  
vel relict

℞ Extr

Aqua

Extr  
D. S. O  
potenter

Syrupi opati ana Uncias duas,  
Seminis Lycopodii Drachmas duas.

D. S. Omni bihorio cochlearia duo. Ad ischuriam infantum Lycopodium utile invenierunt Hufeland alii-que, tamenquam efficacissimum vero in ista formula expertus est Ad. Fr. Lößler (die neuesten prakt. Erfahrun-gen, 1. Bd. Erf. 1803. pag. 76.)

### Mixtura Marrubii.

℞ Extracti Marrubii,

— Graminis liquidi ana Drachm. duas,  
solve in

Decocti Taraxaci concentrati Unciis decem.  
adde

Oxymellis scillitici,

Syrupi Foeniculi ana Uncias duas.

D. S. Omni bihorio vasculum dimidium. — Marrubium haud plane immerito laudatum est in catarrho pulmo-num et phthisi incipiente. Ibi formula modo descripta, vel relicto quoque Oxymelle scillitico, in usum vocetur.

### Mixtura martiata amara.

℞ Extracti Chine aquosi,

— Gentianae ana Drachmam,  
solve in

Aquae Chamomillae,

— Menthae piperitae ana Uncia,  
adde

Extracti Ferri pomati Drachm. dimidiam.

D. S. Omni trihorio cochlear. — Organa digestionis potenter roborat.

### Mixtura Millefolii.

R Extracti Millefolii, Unciam dimidiam,  
 Aquae Menthae piperit. Uncias octo,  
 Elaeosacchari Menthae Unciam dimidiam.  
 Incitans et leniter roborans, in affectibus intestinorum  
 hypochondriacis, flatulentia etc. salutaris. — Dosis qua-  
 ter in die cochlear.

---

### Mixtura moschata.

R Moschi Scrupulum,  
 Sacchari albi Drachmam,  
 bene tritis affunde  
 Aquae Rosarum Uncias octo,  
 Spiritus sulphurico-aetherei Drachmas duas,  
 Olei Cajeput Guttas viginti.  
 D. S. Ad cochlearia singula, In spasmis asthenicis  
 egregia.

vel:

R Moschi Grana sex,  
 terantur cum  
 Sacchari albi Drachma,  
 adde  
 Liquoris Ammonii succinici Guttas sexaginta,  
 Tincturae Opii crocatae Guttas viginti,  
 Aquae florum Sambuci Uncias quinque,  
 Syrupi emulsivi Unciam.

D. S. Omni hora dimidia vel integra cochlear unum.  
 Antispasmodicum diaphoreticum, eruptioni cutanearae ex-  
 anthematum favens, hinc in primo variolarum stadio  
 merito commendatur in Hufeland von den Blättern et  
 Ej. System der prakt. Heilk. II. Bd. 2. St.

---

### Mixtura mucilaginoso-aromatica.

℞ Aquae Menthae piperitae Uncias quatuor,  
   — Cinnamomi simplicis Uncias duas,  
   Elaeosacchari Chamomillae Drachmas sex,  
   Gummi Tragacanthae Drachm. dimidiam,  
   Extracti Corticis Cascarillae Drachmam,  
   Tincturae Opii crocatae Guttas viginti quinque.

M. Antidyseentericum efficax, cuius dosis omni bihorio  
 cochlear ad cochlearia duo.

---

### Mixtura e Myrrha.

(Febrifuga Griffith.)

℞ Myrrhae Drachmam unam,  
   solve terendo in mortario cum  
   Aquaee aromaticae Unciis sex et dimidia,  
   — Cinnamomi vinosaee (vel cujuslibet  
     spirituosaee) Drachmis sex,  
     adde  
   Kali carbonici Drachmam dimidiam,  
   Ferri sulphurici Grana duodecim,  
   Syrupi simplicis Drachmas duas.

fiat mixtura in haustus quatuor distribuenda. Lau-  
 datur a Mose Griffith in Sammlungen auserles. Abh.  
 für prakt. Aerzte, 6. Bd. pag. 580.

vel:

℞ Myrrhae electae Drachmam unam,  
   solve terendo in mortario cum  
   Infusi Chamomillae Unciis sex,  
   Aquaee Cinnamomi Uncia una,  
     adde  
   Ferri sulphurici Grana quindecim,  
   Syrupi Corticum Aurantior. Unciam unam.

Dosis omni biorio cochlear. Usus praecipue in morbis viarum uriniferarum asthenicis e. g. gonorrhoea chronica.

### Mixtura Natri phosphorici.

℞ Natri phosphorici Unciam dimidiam,  
solve in

Aqua fontanae Uncis quatuor,  
adde

Syrupi Althaeae Unciam dimidiam.

D. S. Omni hora vasculum dimidium. Leniens, anti-phlogisticum, in subjectis tenerioribus et sensibilibus aliis ejusmodi praferendum.

### Mixtura Natri sulphurici acida.

℞ Natri sulphurici Unciam unam,  
Sacchari albi Unciam dimidiam,  
Succi Citri recentis Unc. unam et dimid.  
Decocti Avenae decorticatae tenuioris et per-  
M. colati Mensuram unam.

Laxans antiphlogisticum, cuius dosis omni biorio vas-  
culum, donec evacuatio sequitur. Reil Fieberlehre I.  
Bd. pag. 556.

### Mixtura Nicotianae scillitica.

℞ Oxymellis Colchici,  
— scillitici,  
Tincturae Nicotianae,  
Spiritus nitrico-aetherei ana.

M. Hujus mixturae cochlear parvum quater in die egregio cum successu hydropticis dedisse affirmat Ferriar (medical histories and reflexions. London 1810.). In casu relaxationis et astheniae torpidae aliquot Tincturae Cantharidum guttas addit.

*Mixtura Nucis vomicae.*

℞ Extracti Nucis vomicae Scrupulum dimid.  
Mucilaginis Gummi Mimosae Unciam,  
Aquaee fontanae Uncias sex,  
Syrupi Althaeae (seu emulsivi) Unciam.

M. Dosis omni bihorio cochlearia duo. Antidisentericum  
efficax. conf. Hufeland Journal der praktischen Heilkunst,  
erstes Stück.

---

*Mixtura oleoso-acida.*

℞ Olei Lini recentis (vel Amygdalarum),  
Acidi Citri ana Uncias tres,  
Extracti Opii Grana quatuor.

M. D. S. Omni semihorario cochlear. Egregie relaxat intestina, ideoque in incarceratione herniarum prae aliis  
remediis commendatur a Richtero von den Brüchen.

---

*Mixtura Olei Ricini cum Jalappa.*

℞ Tincturae Jalappae (Pharmac. Londin.)  
Sacchari albi ana Drachmam,  
Olei Ricini,  
Mannae electae ana Unciam.

M. f. cum Syrupo Rosatum Linctus. Dosis omni semi-  
hora cochlearia duo. Merito laudatur erga colicam pi-  
ctonum a Grant.

---

*Mixtura opiatо-aetherea.*

℞ Aquae Menthae Uncias quatuor,  
Tincturae Opii crocatae Guttas viginti,  
Spiritus sulphurico-aetherei Drachm. unam.

M. S. Omni quinque ad sex Minutas cochlear donec affectiones spasticae cessaverint. Maxime laudatur in incarceratione herniarum a spasmis et flatibus a Gesschero Hedendaagsche oeffnende Heelkunde, Erst Deel, pag. 813.

### Mixtura opiatō-aromatica.

℞ Aquae Menthae piperitae Uncias tres,  
Aetheris sulphurici Guttas sedecim,  
Tincturae Opii crocatae Guttas triginta,  
Olei Chamomillae aetherei Guttas sex,  
excepti in  
Sacchari albi Drachmis duabus,  
Gummi Mimosae Drachmam unam,  
Extracti Cascarillae Scrupulum,  
Catechu Grana sex,  
Pulveris Corticis Cinnamomi (vel Aquae Cinnamomi) Drachmam dimidiam.

Dosis omni hora cochlear. — Antidysentericum in Diarrhoeis et Dysenteriis merito laudatur a Bücking in Baldingers n. Magazin 4ten Bandes 3tes St.

### Mixtura Rhei salina.

℞ Magnesiae sulphuricae,  
Tincturae Rhei aquosae ana Unciam unam,  
Aquae Melissae Uncias duas M.

Dosis quarta vel dimidia pars mane et vespere in obstrukione alvina haemorrhoidibus laborantium. (cf. Hildebrandt über die blinden Haemorrhoiden. Erlangen 1795. pag. 103.)

**Mixtura Extracti Rhus radicantis.**

R Extracti Rhus radicantis vel Toxicodendri  
Drachmam,

solve in

Aqua destillatae Uncia.

Dosis: guttae decem sensim augendo usque ad cochlear parvum bis in die. Egregium inde vidi effectum in paralysi extremitatum (cf. et Dufresne vom Giftsumach, übersetzt von Nasse, Düsseldorf, 1799.) Inter usum hujus medicamenti membra paralytica oleo olivarum per quatuordecim dies cum stipitibus Toxicodendri digesto fricanda sunt.

**Mixtura e Radice Salep cum Borace et Extractis adstringentibus.**

R Radicis Salep Drachmam,

solve in

Aqua fontanae fervidae Unciis sex,  
adde

Extracti Corticis Chinal,

— Ligni campechiensis ana Drachmam,  
Boracis Drachmam dimidiam,  
Syrupi Althaeae Unciam.

Ad aphthas salutaris, infantibus cochlear parvum, adultis vero majus.

vel:

R Radicis Salep Drachmas duas,  
Seminum Lini recent. et elect. Unciam di midiam,

Conc. cont. infunde

Aqua ferventis Unciis decem.

Terantur adhuc super carbonibus per aliquot temporis ad sufficientem extractionem, tunc

per pannum trajice, et in claro liquore dis-  
solve

Boracis venet. Drachmam dimidiam,  
Extracti Ligni campechiensis,  
— Corticis peruviani ana Drachmam,  
Syrupi Althaeae Unciam.

Infantibus neonatis Diarrhoea cum aphthis laborantibus  
cochleatim sumendam commendat Lentini Beitrag zu  
A. W. I. Bd. pag. 254.

### Mixtura saponacea.

R Olei Amygdalarum dulcium Unciam unam  
et dimidiam,  
Liquoris Kali carbonici Unciam dimidiam,  
Aquae communis Uncias decem,  
Syrupi emulsivi Unciam unam. M.  
Hujus mixturae, aquae saponis analogae, optimi arsenic  
antidotii, detur adultis omni semihorio cochlear, infanti  
bus cochlear dimidium. cf. Bucholz in Hufeland's  
Journal V. Bd. 2tes St.

### Mixtura Sulphuris praecipitati.

R Sulphuris praecipitati Drachmas duas,  
Aquae Foeniculi Uncias tres,  
— Cinnamomi Unciam,  
Syrupi opati Unciam dimidiam. M.

Dosis omni bihorio cochlear. — In diabete mellito, ubi  
oxygenium superfluum organismo detrahendum (cf. Rol-  
lo) et in morbo mercuriali efficax. Eundem in finem  
uti licet pulveris ex Sulphure dep. et Elaeosaccharo Foe-  
niculi ana omni bihorio cochleare parvo, vel Aqua Cal-  
cariae sulphuratae stibiae vel Aqua sulphurato-acidulae

### Mixtura Tartari depurati.

- R** *Tartari depurati Unciam dimidiam,*  
*solve in*  
*Aqua fontanae fervidae Unciis quatuor,*  
*Oxymellis simplicis (vel Syrupi Succi Citri)*  
*Unciam.*
- Leniens, antiphlogisticum, cuius dosis omni bihorio **vas-**  
**culum** dimidium usque ad evacuationem. Diureseos er-  
go quoque hac mixtura uti licet, vel etiam solutione  
tartari depurati in infuso baccarum juniperi.

### Mixtura Tartari stibiati et boraxati juniperina.

- R** *Tartari stibiati Granum unum,*  
*— boraxati Unciam dimidiam,*  
*solve in*  
*Infusi Baccarum Juniperi Unciis octo,*  
*adde*  
*Spiritus sulphurico-aetherei Drachmas tres,*  
*Tincturae Opii crocatae Guttas triginta ad*  
*sexaginta.*
- Dosis omni bihorio cochlear. — Hydropi cum successu  
opponitur.

### Mixtura Trifolii aquat. foetida.

- R** *Extracti Trifolii aquatichi Unciam dimidiam,*  
*solve in*  
*Aceti scillitici Unciis duabus,*  
*adde*  
*Tincturae Asae foetidae Unciam dimidiam.*  
Commendatur a Piderit (med. Beobacht.) in hydrope in  
dosis guttarum viginti ter in die, et omni secundo die quin-  
que guttis aucta, usque ad nauseam *et vomiturbationem.*

### Mucilago Althaeae.

**R** Radicis Althaeae concisae Unciam,  
Aquaee fontanae Uncias octo.

Coque ad remanentiam Unciarum trium. Coletur. — Leniens, involvens, demulcens in morbis pectoris et intestinorum ab irritabilitate aucta. Cochleatum sumenda.

### Mucilago Lichenis Islandici.

**R** Lichenis Islandici concisi Unciam,  
decoque ex

Aquaee fontanae Uncii duodecim, ad colataram Unciarum octo.

Cochleatum et vasculatum sumenda in morbis pulmonum et glandularum pectoris asthenicis absque erethismo.

### Mucilago Salep.

**R** Radicis Salep pulveratae Drachmas duas,  
Aquaee communis destillatae fervidae Uncias  
duodecim.

Fiat agitando mucilago, cochleatum vel vasculatum sumenda, involvens, leniens, morbis organorum respirationis et intestinalium cum irritabilitate aucta, e. g. tussi, diarrhoea etc. opponenda.

### Mucilago cum Tinctura Cantharidum.

**R** Tincturae Cantharidum Guttas quatuor,  
Mucilaginis Gummi Mimosae Uncias quatuor.  
M. D. S. Omni trihorio cochlear. — In fluore albo summa relaxatione et asthenia, (Fischer Bemerkungen über die englische Geburtshilfe. Götting. 1797.) in g<sup>o</sup> norrhoea asthenica et ischuria paralytica.

**R** Cam

Aetl

Dosis gu  
convulsio  
Kretsc.

**R** Phos

Aetk

Dosis om  
hementer  
trido et  
Phosphor

**R** Phos

Aeth

Olei

Dosis om  
augenda.  
cephalalgi  
asthenicis  
Horn's A  
(conf. Em  
lutio Pho

### Naphtha camphorata.

**R** Camphorae Grana decem,  
solve in

Aetheris sulphurici Drachmis duabus.

Dosis guttae decem et plures. Egregium remedium in convulsionibus aliquaque affectibus asthenicis. (conf. e. g. Kretschmar in Horn's Archiv I. Bd. 2tes Heft.)

### Naphtha phosphorata.

**R** Phosphori Grana quatuor  
solve in

Aetheris sulphurici Drachmis duabus.

Dosis omni bihorio guttae viginti cum aqua sumtae. Vehementer incitat, in summo astheniae gradu, typho putrido et paralytico egregium. conf. Boutaz über den Phosphor als Arzneimittel. Göttingen 1800.

**R** Phosphori Grana tria,  
solve in

Aetheris sulphurici Uncia dimidia,

adde

Olei Valerianae aetherei (vel caryophyllo-  
rum) Guttas decem,

Dosis omni trihorio guttae viginti quinque, sed paulatim augenda. Egregium hujus remedii usum in amaurosi, cephalalgia et hydrope ex relaxatione in subjectis obesis asthenicis testatur Loebel von Loebenstein in Horn's Archiv für med. Erfahrung. 1811. Novbr Decbr. (conf. Emulsio phosphorata, Oleum phosphoratum, Solutio Phosphori),

### Oleum phosphoratum.

R Phosphori Grana duo,  
solve in

Olei Hyoscyami (cum foliis hujus plantae  
Oleo Olivarum infusis parati)

Unc. dimidia,

admisce

Extracti Chamomillae,

Aquaee Menthae piperitae ana Uncias duas.

Omni bihorio cochlear. — Quo remedio per duos menses continuato epilepsiam penitus se sanasse affirmat Hanel (med. Nat.-Zeit. Jul. 1799. pg. 639 conf. Emul-sio phosphorata, Naphtha phosphorata, et solutio Phosphori).

### Oxymel Belladonnae.

R Aceti Belladonnae (v. supra pag. 3) Libram dimidiā,

Mellis despumati Libram.

Misce et in lebete stanneo coque ad mellis liquidi spissitudinem. Datur infantibus in morbis systematis lymphatici, scrophulis praecipue, dosibus successivis proportionate diversis. cf. Hufeland über die Natur Erkenntniss und Heilart der Skrophelkrankheit, Jen 1795.

### Oxymel Colchici.

R Radicis Colchici recentis Uncias duas cum dimidia,

infundantur per mensem cum

Aceti Vini Libra una.

Colatura adde  
Mellis Libram unam.

In affectibus hydropticis et asthmatico pituitoso oxymelli squillitico saepe substituendum, saepe quoque preferendum.

### Oxyfaccharum Digitalis.

R Herbae Digitalis purpureae Unciam,  
Aceti Vini Uncias duodecim,  
digerantur leni calore, dein adde  
Sacchari albi quantum sufficit ad edulcora-  
tionem aceti.

Hujus remedii usum antiphthisicum docet E. W. Martius (Abhandlungen der physikalisch med. Societät zu Erlangen. Iter Band 1810).

### Pilulae aloeticae martiatae.

R Aloes lucidae Drachmas duas,  
Asae foetidae dep.  
Myrrhae ana Drachmam dimidiam,  
Ferri sulphurici crystallisati Drachmas tres.  
M. f. cum syrupo simplici pilulae ponderis granorum  
duorum, conspergenda pulvere Liquiritiae, quarum Do-  
sis quinque ad decem — Emmenagogum efficax, ubi  
propter Chlorosin mēnstrua rētinēntur Testes sīnt Ful-  
lerus, Brunschwitz, de emmenagogis eorumque ope-  
randi modo et usu. Halae 1747. Büchner de difficul-  
tatibus circa promotionem haemorrhagiarum naturalium  
obviis. Hal. 1757. Molwitz Pharmacop. exquisit. 1798.  
Pag. 98. — Pilulae, olim celebratissimae, contra obstru-  
ctionem sive aperientes Stahlii componuntur etiam ex  
partibus quatuor Extracti Aloes aquosi et ferri limati  
parte una.

### Pilulae aloeticae cum Myrrha.

**R** Extracti Myrrhae,

— Rhei,

— Aloes, ana Drachmam unam.

M. f. pil. pond. gr. ii. — Haemorrhoides fluentes prolicent incitamento in vasa pelvis specifico. Sed rarissime hunc in finem adhibendae sunt. (cf. Reil Fieberl. III. Thl.) Dosis mane et vespere quinque. — Violentius agunt, hinc in minori dosi praescribendae sunt pilulae Ruffii pestilentiales ex Aloes succotrinae partibus duabus et Myrrhae electae parte una f. c. Elixirio proprietatis pilulae grani unius, quarum dosis summa sex in die. — In ictero egregios edunt effectus remedia aloetica ad sustinendam alvum laxam et incitationem hepatis. cf. Wedekind über sein Heilverfahren im Feldlazareth zu Mainz. Berl. 1803. Wolfart vom gelben Fieber 1804. In hydrope etiam sed caute iisdem uti licet.

### Pilulae Aluminis.

**R** Extracti Chiae frigide parati,

Aluminis crudi,

Ammonii muriatici martiati,

Pulveris aromatici ana Drachmam unam et dimidiam,

Olei Cinnamomi Guttas duodecim. M.

Formentur pilulae granorum duorum, conspergenda pulvere Cinnamomi, quarum quinque ad decem mane et vespere, compescendis metrorragis et vaginae uterique profluviis pituitofis sumere suadet Rust Magazin. 3. Bd. 3 St. 1818. (conf. etiam potio aluminosa.)

## Pilulae ex Ambra.

(aphrodisiacæ.)

℞ Extracti Aurantiorum,

— Corticis Chinae,

Ambrae griseae ana Drachmam,

Opii Grana duo.

M. f. pilulae granorum duorum. Conspergenda pulvere cinnamomi. D. S. a quinque ad quindecim omni trihorio sumenda. — Pilulas ex opio cum ambra tanquam praestantissimum aphrodisiacum laudavit Et mullerus, tincturam opii crocatam cum elaeosaccharo citri et elaeosaccharo cinnamomi, moscho et ambra mixtam Fr. Hoffmannus et Tralles, de usu opii. Sect. 1. pg. 130. Sed in omnium aphrodisiacorum usu vires organis-  
mi potissimum respicienda, et, si laesae vel nimium imminutae sint, corrigenda sunt. Aphrodisiacis vero nonnisi in torpore partium genitalium topico uti licet.

## Pilulae ex Ammoniaco cum Myrrha.

(asthmaticaæ.)

℞ Ammoniaci dep. Unciam dimidiam.

Myrrhae Drachmam unam et dimidiam,

Olei Terebinthinae sulphurati Scrupulum,

Syrupi Althaeæ q. s.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum; quarum  
dosis ab una ad decem. — Frequentius olim in usum  
vocabantur gummata myrracea et balsama in morbis  
pectoris. Prae aliis hunc in finem celebrata fuit compo-  
sitione pilularum e Styrae scil. ex Styracis dep. Scrupu-  
lis quinque, Succi Liquiritiae dep., Myrrhae, Olibani,  
Opii ana Drachma una, cum Vini hispanici q. s. ad mas-  
sam pilularem redactis. Sed gummata ista et balsama  
nonnisi in statu pituitoso, asthenico, torpido pulmonum  
et glandularum pectoris adhibenda, in irritabilitate aucta

vero et sthenica horum organorum dispositione fugienda esse, theoris et experientia edocti sumus. Hinc eriam patet quid sentiendum sit de pilulis balsamicis antiphthisicis Mortoni (ex Millepedum praep. Drachmis tribus, Gummi Ammoniaci Drachma una et dimidia, Acidi benzoici Scrupulis duobus, Extracti Croci, Balsami Peruviani ana Granis quindecim et Balsami Sulphuris simpl. q. s.) de quibus ipse Morton asserit, quod felicem earum effectum in tussibus phthisicis jam per multos annos expertus sit. Phthisin pituitosam, in Anglia frequentiorem, subintellexit.

### Pilulae ex Ammoniaco saponatae.

(resolventes.)

**R** Ammoniaci dep. Drachmas duas,

Saponis medicati Drachmam,

Olei Baccarum Juniperi Guttas viginti.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, quarum dosis quindecim in die. Riemer Ph. castr. — Molwitz Ph. exquisit Stuttg. 1798. gag. 107. Resolvunt, systematis absorbentis et rerum activitatem promovent, obstructi- nibus hepatis et affectibus hydropericis contrariae. — Composita magis, sed ob testimonia medicorum praestantis. simorum haud rejicienda haec est formula:

Recipe: Ammoniaci depur.

Saponis medicati,

Fellis Tauri inspissati,

Extracti Chelidonii,

— Absinthii ana Drachmam.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum. Easdem in obstructione et atonia hepatis laudavit simulque herbae Trifolii fibrini, Millefolii, Radicis Taraxaci, Saponariae, Rubiae tinctorum, Gentianae rubrae et Seminum Foeniculi ana Unciam cum aquae fervidae Libra per no- ctem extrahi, colatur, in tres partes dividi et harum singulas unicuique pilularum dosi superbibi jussit Hu- feland in Kausch med. Erfahrungen, 1797. pg. 456.

Pilu

R A

S

S

M

fperge  
in die  
et lyn  
ratione

Pilu

R A

E

T

M. f.  
Cinn  
dropic

R A

M

f. pilu  
fol. ar  
hac co  
tus an  
Vol. 5

R A

E

Pilulae ex Ammoniaco cum sulphure  
stibiato.

**R** Ammoniaci dep.

Succi Liquiritiae dep. ana Drachmas duas,  
Sulphuris stibiati aurantiaci Grana duodecim  
M. f. l. a. pilulae ponderis granorum duorum, con-  
sperrgenda Semine Lycopodii. Quarum dosis decem bis  
in die. Singulari suo stimulo in glandulas bronchiales  
et lymphaticas pulmonales, excretionem muci et expecto-  
rationem promovent.

Pilulae ex Ammoniaco cum Terebin-  
thina.

**R** Ammoniaci dep. Drachmas duas,

Extracti Quassiae,

Terebinthinae venet. ana Drachmam.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum. Insperge pulv.  
Cinnamom. S. ter in die sex ad octo pilulae. Antihy-  
dropicum.

Pilulae ex Argento nitrico.

**R** Argenti nitrici Grana quatuor (ad sex),

Micae panis albi q. s.

f. pilulae ponderis granorum duorum no. 84. Obduce  
fol. argenti. Dosis mane et vespere sex ad octo. In  
hac compositione ab argento nitrico egregios vidit effec-  
tus antiepilepticos Jardine in Mitchill med. Repository  
Vol. 5 no. 2.

vel:

**R** Argenti nitrici Grana decem,

Extracti Opii Grana quinque,

enda  
tiam  
anthi-  
bus,  
ben-  
viani  
) de  
ctum  
is sit.  
lexit,  
  
e.

uarum  
twitz  
ematis  
ructio-  
Com-  
stantis.

Easdem  
ue her-  
Sapona-  
eminum  
per no-  
barum  
sit Hu-  
5. 436.

Extracti Gentianae Drachmam,  
Succi Liquiritiae dep. Drachmas duas,

M. f. pilulae ponderis grani unius. Consp. pulvere Liquiritiae. D. S. Mane et vespere tres pilulae, sensim augendo dosin. — Dosis argenti nitrati a grano dimidio usque ad grana quatuor ter in die. Nord (med. Nat. Zeitung für Deutschland. Jahrg. 1798. S. 206. Wilson (in Duncans Annals of Med. Vol. II. 1798.) aliique hujus remedii, jam a Paracelso laudati, et a cel. Sims (Memoirs of the London med. Society. Vol. IV.) iterum in usum vocati, efficaciam antiepilepticam confirmarunt. Bostock quadraginta pilulis admiscuit argenti nitrati grana duo. Harum pilularum epileptici quidam sumserunt duas bis in die et ab epilepsia liberati sunt. (cf. Kühn med. phys. Journal. Januar 1810. Sammlungen auserlesener Abhandlungen für praktische Aerzte, XIX. Bd. pag. 620. conf. etiam Solutio Argenti nitrici.)

Pilulae Asae foetidae aloeticae, martiatae.

R Asae foetidae dep. Drachmas duas,  
Aloes lucidae,  
Ferri sulphurici crystallisati,  
Radicis Zingiberis albi ana Drachmam,

M. f. cum Elixirio proprietatis pilulae ponderis granorum duorum, quarum dosis vespere quatuor ad quinque. Sin hoc modo iisdem utitur, carminativos edunt effectus, in affectibus hypochondriacis salutares. Simul abdomen externe oleo Nucistae et Menthae inficandum. (Rob. Whytt.)

Pilulae Asae foetidae cum Castoreo.

R Asae foetidae dep.  
Extracti Valeriana ana Drachmas duas,  
Castorei Scrupulos duos.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, in morbis nervosis, spasticis et convulsivis efficaces, quarum dosis sex vel octo ter in die.

---

### Pilulae Asae foetidae helleboratae.

℞ Extracti Hellebore nigri,

Asae foetidae,

Ammoniaci dep.

Saponis medicati ana Drachmas duas,

Pulveris Rhei q. s.

M. f. l. a. pilulae pond. granorum duorum. Consp. pulv. Cinnamomi. D. S. Mane et vespere decem ad duodecim. Emmenagogae sunt, sed caute adhibendae.

---

### Pilulae Asae foetidae saponatae.

℞ Asae foetidae dep. Drachmas duas,

Saponis medicati Drachmam,

Olei Foeniculi aetherei Guttas sex.

M. F. l. a. pilulae granorum duorum, conspergenda Lykopodio. In affectibus spasmodicis, praecipue intestinorum abdominis, efficaces. Dosis decem, ter per diem.

---

### Pilulae Asae foetidae scilliticae.

℞ Asae foetidae dep. Drachmas duas,

Saponis medicati Drachmam,

Camphorae Drachmam dimidiam,

Pulveris radicis Scillae Grana duodecim,

Olei baccarum Juniperi Guttas viginti.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, quarum mane et vespere decem sumendae.

ere Li-  
sensim  
dimi-  
(med.  
i. Wil-  
aliique  
Sims  
iterum  
marunt.  
nitrati  
mserunt  
hn med.  
rlesener  
pag. 620.

tiatae.

am,  
s grano-  
quinque-  
fectus, in-  
ten exter-  
Whytt.)

oreo.

uas,



vel:

**R Asae foetidae,**

Extracti Valeriana ana Drachmas duas,  
 Pulveris radicis Scillae,  
 Opii ana Grana decem.

M. f. pil. pond. granorum duorum, quarum dosis bis in die decem. Hydragogae sunt et spasmo contrariae, qui lymphae hydropicae excretioni obstat.

**Pilulae balsamicae amarae (polychrestae.)****R Pulveris Gummi Hederae,**  
— — — Juniperi,

|                  |   |         |
|------------------|---|---------|
| Extracti Myrrhae | } | aquoſi, |
| — Cochleariae    |   |         |
| — Millefolii     |   |         |
| — Absinthii,     |   |         |

|                     |   |          |
|---------------------|---|----------|
| — Cardui benedicti  | } | cum vino |
| — Fumariae          |   |          |
| — Centaurei minoris |   |          |

ana Drachmas duas,

Terebinthinae venetae Drachmam cum di-  
 midia.

Terebinthina super porphyrite, cum Gummatibus pulve-  
 risatis miscetur et extractis leni calore, in lebete stanneo  
 vel ferreo, fusis et Spiritu vini dilutis, sensim admisce-  
 tur spatulaque ferrea tam diu agitatur donec omnia ex-  
 aste mista fuerint. Massa dein, e lebete exenta, in char-  
 ta ceracea asservatur vel in vesica, oleo amygdalarum  
 illita. Eadem, vel aqua florum Chamomillae vulgaris vel  
 alia fragantiore, diluta et edulcata cochleari mensura  
 praebetur vel in forma pilulari. Dosis harum pilularum  
**Grana quinque ad viginti.** — In morbis, iisque permul-

tis, quorum causa in abdomen latet, optime agunt hae pilulae, et praeципue conducunt puellis haud rite menstruantis et chloroticis, marte tunc maritatæ: feminis itidem, at omissio ferro, ataxia mensium vel lochiorum laborantibus. Wendt formulae medicamentorum Instituti clinici Erlangensis 1807.

### Pilulae balsamicae cum Opio.

R Myrræ electæ Drachmas tres,  
Balsami peruviani Drachmam unam et di-  
diam,

Extracti Opii Drachmam dimidiæ.

M. f. pilulae grani unius, quarum duas ad tres alternatiæ cum tinctura opii alternis horis sumendas in phthisi pulmonali commendat Marcus (Magazin Erstes St. Jena 1801.) quod equidem nonnisi de phthisi pituitosa absque inflammatorio pulmonum irritamento intelligendum esse censeo. Idem valet de usu pilularum, quas aliqui sub nomine pectoralium balsamicarum commen-  
dant scil.:

Rec. Extract. Marrubii Drachmam,  
— Myrræ,

Gummi Ammoniaci ana Drachmas duas,  
Succi Liquiritiae depurati Drachmas tres.

M. f. l. a. pilulae ponderis granorum duorum, quarum dosis a quatuor ad decem omni trihorio.

Huc referendæ quoque pilulae balsamicae, quas Reilius in Haemoptisi asthenica salutares habet (Fieberlehre 3ter Thl.):

Rec. Extracti Cascarillæ Drachmas duas,  
Succi Liquiritiae depurati,  
Pulveris Olibani ana Drachmas quinque,  
Croci Scrupulos quatuor,  
Balsami peruviani nigri Scrupulum unum.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum; quarum dosis quatuor ad octo bis in die.

### Pilulae balsamicae I. Junckeri.

Rx Gummi Juniperi,  
 Myrrhae praeparat. opt. ana Drachmam,  
 Terebinth. leniter coct.  
 Succin. flavi ana Drachm. unam et dimid.  
 Rad. Jalapp. Drachmas tres,  
 Extracti vinosi Fumariae,  
 — — Cardui bened.  
 — — Absinthii,  
 — aquosi Cochleariae, ana Drachmas  
 duas.

Modum praeparandi cuius expositio hic nimis longa fo-  
 ret, vid. in Junckeri allg. Heilkunde Hal. 1792. 1 Bd.  
 pg. 37. Magnam olim adeptae sunt hae pilulae famam  
 in asthmate, atonia viscerum et affectibus hypochon-  
 driacis.

---

### Pilulae benzoicæ.

Rx Acidi benzoici Grana quinque,  
 Aluminis Scrupulum,  
 Gummi Mimosae Grana decem,  
 Fuliginis, pauxillum,  
 Aquae quantum sufficit, fiant pilulae No. 35,  
 inter biduum sumendae.

Usum hujus compositionis antiphthisicum a medicis Mau-  
 ritanicis vidit, posteaque ipse salutarem pluries expertus  
 est Orban in Medical Transactions published by the  
 college of physicians of London. Vol. V. 1815. Regimen  
 diaeteticum simul antiphlogisticum, potus aqua acetata  
 cum saccharo. Nutrimenta parca.

---

Pilulae Calcariae sulphurato-stibiatae.

R Mucilaginis Gummi Tragacanthae Drachmam  
unam,

Calcariae sulphurato-stibiatae Scrupulum  
unum et dimidium.

M. f. pilul. nro. LX, quarum dosis bis in die quinque.  
Laudabatur calcaria usta erga mala chronica viscerum  
abdominalium, scrophulas, rheumatismos et arthritidem  
inveteratam, mala syphilitidis subsecutiva, impetigines  
caet. Sed videantur, que ad Aquam Calcariae sul-  
phurato-stibiatae (pg. 6.) monuimus.

Pilulae camphoratae.

R Camphorae rasa,

Amyli,

Sacchari albi,

Miae panis albi ana Scrupulum.

Ope aliquot guttularum spiritus vini fiant pilulae No. XX.  
conspergendae pulvere cinnamomi; quarum singula con-  
tinet Camphorae granum unum. In hac compositione,  
scilicet amylo mixta, camphora semper in succo ventriculi  
solubilis manet, licet pilulae diu siccaverint. Ubiunque  
saepius repetito usu grani camphorae opus est, in typho  
e. g. vehementiori et putrido, gangraena caet., pilulae  
secundum hanc formulam omnem merentur laudem.

Pilulae Carbonum kalinae.

R Kali sulphurati Drachmam,

Extracti Cardui benedicti,

Pulveris Carbonum Tiliae ana Drachm. duas.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum. Obscurandae pul-  
vere corticis aurantiorum, D, S. Quater in die quin-

decim ad viginti. — Hoc est remedium a Garnett in phthisi pulmonali apprime laudatum.

### Pilulae Chamomillae, Columbo et Rhei

**R** Extracti Chamomillae Drachmas duas,  
Pulveris radicis Columbo Drachmam,  
— — — Rhei Scrupulos duos,  
Olei essentialis Carvi Guttas quinque,  
Syrupi Croci q. s.

M. f. pilulae mediocris magnitudinis. Harum pilularum bis quotidie quatuor sumendas in Maria cum Amenorrhoea cum optimo successu dedit Perfect, Annalen einer Anstalt für Wahnsinnige, übers. von Heine, Hannov. 1804. pag. 42. Certe etiam haec compositio salutares edit effectus in affectibus hypochondriaci, aliisque nervosis, spasticis, ex atonia intestinorum pendentibus. Relicto quoque Rheo optime conducit ad sanationem ulcerum inveteratorum in pedibus secundum experientias Collenbuschii in Hufelands Journal der prakt. Heilk. III. Bd. pg. 92--97.

### Pilulae Chinae aluminatae.

**R** Extracti Chinae aquosi Drachmas duas,  
Aluminis crudi Drachmam.

M. f. pilulae No. 56. Dosis quatuor, ter in die. Adstringunt, roborant, in atonia et relaxatione intestinorum, evacuationibus colliquativis et atonia systematis vasorum sanguiferorum, ab haemorrhagiis caet. oriundis, salutares.

### Pilulae Conii cinnabarinae,

**R** Extracti Conii maculati,  
— Millefolii,

Cinnabaris factitiae ana Drachmam.

M. f. pilulae granorum duorum. D. mane et vespere septem.  
In tumoribus glandularum syphiliticis, scirrhositate testiculi, aliisque glandularum affectibus, imo et in haemorrhoidibus coecis apprime laudatur a Vogelio med. Annalen, Juni 1816.

### Pilulae Copaivae,

**R** Gummi Mimosae,  
Pulveris Rhei ana Unciam,

Balsami Copaivae q. s.

u. f. pilulae ponderis granorum quatuor. Dosis quatuor aut sex mane et vespere. Hisce substituere licet:

**R** Resinae liquidae Pini balsamici Uncias duas.  
Kino Unciam dimidiam,  
Radicis Tormentillae q. s.

f. pilulae granorum quinque. Dosis pilulae quatuor, mane et vespere. Usus utriusque in gonorrhoea chronica et diabete aquoso.

### Pilulae e Cupro sulphurico.

(ad bleorrhœam Swediaur.)

**R** Cupri sulphurici Grana decem,  
Radicis Rhei Drachmam,  
Extracti Chinae Drachmas duas.

M. f. pil. No. 30. Dosis pilula una usque ad quatuor in die.  
In gonorrhœa secundaria chronica a pluribus laudantur.

### Pilulae Fellis Tauri amarae.

R. Fellis Tauri inspissati,  
Extracti Gentianae,  
Pulveris Rhei optimi ana Drachmas tres,  
Ferri pulverati Drachmam.

M. f. pil. pond. granorum duorum. D. S. Trihorio ante et quadrihorio post prandium pilulae octo ad duodecim. Commendantur in aciditate ventriculi una cum pulvere lapidum cancerorum comp. (v. infra) a Wedekind (Krankh. der ersten Wege, pg. 103.)

### Pilulae ferulaceae cum Ammonio. (antihystericae Piderit.)

R. Asae foetidae,  
Castorei ana Drachmam unam et dimidiam,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi Drachmam  
dimidiam.

Olei animalis aetherei Guttas viginti.

M. f. cum Tincturae Myrrhae s. q. pilulae ponderis granorum duorum quarum dosis a sex ad quindecim egraeie convenit, ubicunque spasmus laxandus et mitigandus est, praecipue vero leniendis hypochondriacorum et hysterorum atrocis. Quandoque etiam bene cuilibet tali portioni, qualis in hac formula proponitur, extracti opii granum additur. Anthelminticam quoque exserunt vim.

### Pilulae ferulaceae cum Arnica et Tararo stibiato.

R. Ammoniaci dep.  
Asae foetidae dep.  
Saponis medicati,  
Radicis Valeriana minoris,

**Florum Arnicae ana Drachmas duas,  
Tartari stibiati Grana octodecim.**

M. f. pilulae ponderis granorum duorum. S. Ter in die quindecim. — Maxime laudantur in amaurosi, tanquam morbo ex statu gastrico saepius orto a Cel. A. Richter (Bemerkungen, Götting. 1794. pg. 238 sq.) —

vel:

**R Tartari stibiati in Aqua fontana soluti Grana  
duodecim,**

Ammoniaci dep.  
Saponis medicati,  
Summitatum Arnicae,  
Extracti Aloes gummosi ana Drachmam.

M. f. pil. pond. granorum duorum, quarum dosis decem pilularum ter in die tamdiu augenda est, quam nondum laxando agunt. Praecipue in amaurosi laudantur hae pilulae a Schmuckero, Richtero, aliisque.

### Pilulae ferulaceae camphoratae.

**R Galbani dep.**  
Asae foetidae dep.  
Extracti Myrrhae ana Drachm, dimidiam.  
Castorei,  
Camphorae,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi ana Drachmam unam et dimidiam,

Olei Cajeput Guttas sex,

Balsami peruviani q. s.

M. f. l. a. pilulae ponderis grani unius. Consp. pulvere cinnamomi. D. S. Mane et vespere duodecim ad quatuordecim, Emmenagogae sunt.

Pilulae e Galbano martiatae.

℞ Galbani dep. Drachmam dimidiam,  
Ammoniaci dep. Scrupulum unum,  
Extracti Gentianae Drachmam unam et di-  
midiam,  
Ferri pulverati Grana quindecim,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi Grana decem,  
Olei Menthae Guttas sex.

M. f. pil. pond. gr. ij. Dosis quinque ter in die vel  
pluries. In affectibus intestinorum hypochondriacis et  
inflatione ventriculi adhibenda. cf. e. g. Cramer in  
Hufeland Journal V. Bd. 4. St.

Pilulae Galbani cum Myrrha mar-  
tiatae.

℞ Galbani dep.  
Extracti Myrrhae ana Drachmam unam et  
dimidiam,  
Ferri sulphurici Scrupulum unum (usque  
ad Drachmam dimidiam.)

Syrupi Aurantiorum q. s.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, quarum omni tri-  
horio quinque et plures sensim sumendae. Emmenago-  
gae sunt, in amenorrhoea chlorotica salutares, cui scopo  
addere insidem quoque licet Extracti Aloes aquosi Drach-  
mam dimidiam. Wedekind (v. d. Krankh. der ersten  
Wege), hujus compositionis encomiasta ejusdem usui ad-  
junxit quotidie uncias octo usque ad duodecim decocti  
ex Centaureo minori, Millefolio et floribus Chamom. and  
addito cortice Cinnamomi vel semine Foeniculi.

**Pilulae Galbani stibiatae,**

(resolventes Schmuckeri.)

R Galbani dep.

Sagapeni dep.

Saponis medicati ana Drachmam,

Rhei optimi Drachmam unam et dimidiam,

Tartari stibiati Grana sedecim,

Succi Liquiritiae Drachmam.

M. f. l. a. pil. ponderis grani unius; quarum mane et  
vespere quindecim sumendae. Commandantur in morbis  
abdominalibus et torpore, praecipue vero a Schmucke-  
ro in Amaurosi, quam (egregiam resoventium et laxan-  
tium efficaciam in eadem experitus) ab infarctibus abdo-  
minalibus originem ducere ideo statuit.

**Pilulae Guajaci cum Hydrargyro, Stibio  
et Extractis narcoticis.**

R Resinae Guajaci nativae Drachmam junam,

Hydrargyri oxydulati nigri Grana decem,

Opii puri,

Extracti Conii maculati ana Grana quinque,

Stibii sulphurati nigri laevigati Scrupulum.

M. f. cum Balsamo Copaivae q. s. pilulae ponderis grani  
unius, quarum dosis omni bihourie duas ad quatuor. Si  
multi omnium acidorum esus sedelo vi andus. Virtute  
antarhritica pollent. — Locq Extracti Belladonnæ

vel;

R Saponis stibiati,

Resinae Guajaci nativ. ana Drachmam,

Extracti Aconiti Grana sex,

H 2

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, conspergenda Lycopodio, quarum dosis sit bis in die No. duodecim. Virtutem iantarthritis Extracti Aconiti cum Guajaco extra dubium positam esse, persuasi sumus.

### Pilulae Guajaci cum Hydrargyro et Sulphure stibiato.

R Hydrargyri muriatici mitis Drachmás duas, Sulphuris stibiati aurantiaci Drachnam, Resinae Guajaci nativae Drachnam unam et dimidiám.

M. f. pulvis et cum Spiritus vini s. q. fiant pilulae ponderis granorum duorum, conspergenda Lycopodio, quarum dosis a pilula una usque ad quatuor in Rheumatismo et Arthritide chronica rebelli. Ob egregium hujus mixturae usum a compluribus de arthritide auctoribus summopere laudatur. Primus jam multas insuper observationes communicavit Kämpfius, cf. Fragmenta zur Arznei-Naturkunde und Geschichte. Frankf. 1780. cf. caeterum quae de Mixtura Plummeriana ad formulam pilularum hydrargyri cum sulphure stibiato infra monebimus.

vel:

B Saponis guajacini,

Extracti Dulcamarae ana Unciam dimidiām, Hydrargyri muriatici mitis,

Sulphuris stibiati aurantiaci ana Scrup. duos.

M. f. pilulae granorum duorum, conspergantur Lycopodio. Continent pilulae septem Hydrargyri muriatici mitis Granum unum. Dosis pilulae septem usque ad quindecim mane et vesperi.

vel:

R Saponis guajacini Drachmam unam et dimidiām,

Hydrargyri muriatici mitis,

Sulphuris stibiati aurantiaci,

Pulveris radicis Senegae,

Camphorae ana Grana quindecim.

M. f. pilulae cum Aceto scillitico ponderis granorum duorum. Consp. pulvere rad. Liquiritiae. Continent harum pilularum septem ad octo hydrarygi granum unum, hinc dosis pilulae septem usque ad quindecim mane et vespera. Laudantur egregie a Sellio tanquam efficacissimae in arthritide pertinaci inveterata et obstructionibus glandularum, simul adhibito mane et vesperi Decocto concentrato ligni Guajaci.

### Pilulae Guajaci cum Natro.

(arthriticae simplices.)

R Resinae Guajaci nativae Drachmas duas,  
Natri carbonici siccati Drachmam.

M. f. c. Aquae fontanae q. s. pilulae ponderis granorum duorum, consperrandae Lycopodio. Dosis no. duodecim his in die.

### Pilulae Guttæ cum Natro.

(hydragogae.)

R Gummi Guttæ Drachmas duas,  
Natri carbonici Drachmam,  
Olei Baccarum Juniperi Guttas duas.

M. f. c. Aquae fontanae s. q. pilulae ponderis granorum duorum consperrandae Lycopodio. Dentur pro dosi no. 4 ad 6. — In hydrope, ubi vires adhuc sufficient, ita, ut laxantia in usum vocare liceat, efficacem praebent compositionem. In jali casu Gummi Guttæ cæteris purgantibus praestat, quod humores praecipue, et quasi specificos aquosos, prolicere solet, ideoque anasarca labefactibus mirum opitulatur, insp. et tumoribus aquosis et

ulceribus humidis valide medicatur. Alcalibus fixis quoque singularis vis inest irritandi renes absque magno irritamento systematis sanguiferi, quare in hydropem, et absque purgantibus, efficacia sese praebent.

### Pilulae Hellebori aloeticae.

(balsamicae Sellii.)

**R** Extracti Hellebori nigri,  
Aloes lucidae,  
Ammonii muriatici martiasi ana Drachmam,  
Croci Drachmam dimidiam,  
Opii Grana quinque.

M. f. c. tinctura Rhei pil. pond. grani unius, conspergenda pulvere rad. Liquiritiae. Ab octo ad duodecim prodosi sumendae. Potenter Haemorrhoides cident, hinc ibi tantummodo adhibentur, ubi Menses et Haemorrhoides absque periculo pellere licet. In tali casu ad Sellii observationes egregie prosunt. Pariter quoque de paralysi muscularum faciei, a suppresso fluxu menstruo, harum pilularum uso sanata, narratur in Hufeland's Journal der prakt. Heilk. XIV. B. 5tem Stück. pag. 96. Sed videatur ubique, ne nimis drastice agant.

vel:

**R** Extracti Hellebori nigri,  
— Myrrhae ana Drachmas duas,  
Pulveris herbae Cardui benedicti q. 's.

M. f. pilulae ponderis grani unius. Dosis, ubi drasticis utilitatem, in die decem usque ad viginti pilulae. Hydropis si vires sufficiunt, cum successu opponuntur.

### Pilulae Hydrargyri gummosae.

**R** Hydrargyri vivi puri Drachmam unam,  
Pulveris Gummi Mimosae,

Mellis puri ana Drachmas duas.  
Conterantur in mortario vitro ad perfectissimam mercurii extinctionem, dein adde  
Pulveris radicis Liquiritiae Unciam dimidiā.

F. Massa ex qua formentur pilulae granorum trium.  
Dosin ab una pilula pro re nata ad decem, mane  
et vesperi sumendas, augere licet. — Praeparatum hyd-  
rargyri mite et praestans antisyphiliticum. cf. Plenk  
neue Art den mit Lustseuchen angesteckten Kranken das  
Quecksilber zu geben. Wien 1778. conf. Solutio Hydrar-  
gyri gummosi.

**Pilulae ex Hydrargyro muriatico cor-  
ROSIVO.**

R Hydrargyri muriatici corrosivi Grana decem,  
Opii puri Grana quinque,  
solve in  
Aqua destillatae fervidae s. q.  
Tum adde  
Micae panis albi penitus exsiccatae et pul-  
veratae Scrupulos sex,  
Succi Liquiritiae dep. Scrupulos quatuor.

M. f. pilulae centum. — Decem harum pilularum con-  
tingent Hydrargyri muriatici corrosivi granum et Opii  
granum dimidium, hinc singula, vel ad summum duo, ma-  
ne et vespere sumendas sunt. Prae aliis harum pilula-  
rum usum apprime laudavit Thedenius in neuen Be-  
merkungen 3. Thl. Berl. 1795. cf. etiam Baratte von  
den Wirkungen des Sublimats, in den Sammlungen aus-  
erlesener Abh. für prakt. Aerzte, 1r Bd. — Melius ad-  
huc, quam succo liquiritiae, durities et difficultas solven-  
di in hisce pilulis cavitur addito saccharo. (cf. Huf-

is quo-  
magnō  
pe, et

hmam,

spergen-  
cim pro-  
hinc ibi  
rrhoides  
I Sellii  
de para-  
truo, ha-  
ds Jour-  
96. Sed

as,  
s.  
asticis uti  
Hydropi

e.  
um,

lands Journal der prakt. Heilkunde VI. Bd. 2. St. pg. 431.) Hinc notissimae Thedenii compositioni hydrargyri muriatici corrosivi cum sola mica panis praferenda est formula, quae hic sequitur:

Rec. Hydrargyri muriatici corrosivi Grana sex,  
solve in

Aqua destillatae fervidae s. q.  
adde

Micae panis albi,  
Sacchari albi ana q. s.

f. bene subigendo pilulae centum et octoginta, — quatuor trigesinta continent sublimati granum unum, adeo ut dosis sit a pilulis quinque usque ad decem in die.

Conveniunt cum hisce pilulis etiam pilulae majores Hoffmanni, quarum laudes extulerunt Franc. Jacobi in Diss. descriptio methodi mercurium sublimatum tuitius copiosiusque exhibendi. Monast. Westphal. 1772. et Charet (Vorschlag zur gänzl. Ausrottung der vener. Krankheit. 1781.)

Attamen saepissime tam forti et violento hydrargyri praeparato non opus est, sed plerumque hydrargo oxydulato nigro syphilis plenarie sanatur. Simulque non obliviscaris, saepius alterum praeparatum altero substituendum et cum eo commutandum esse. cf. Wolff et Hufeland im Journ. der prakt. Heilk. VI. Bd. pg. 177.

### Pilulae Hydrargyri muriatici corrosivi cum Camphora.

R<sup>x</sup> Hydrargyri muriatici corrosivi Grana duo,  
solve in

Aqua destillatae s. q.  
adde

Opii Grana quatuor,  
Camphorae Grana octo,  
Sacchari albi Drachman dimidiam,  
Micae panis albi q. s.

St. pg.  
hydrargyri  
ida est  
sex,  
— qua-  
ideo ut  
ie.  
majores  
Jacobi  
um tu-  
l. 1772.  
r vener.  
hydrargyri  
tro oxy-  
que non  
substi-  
loff et  
pg. 177.  
rosivi  
a duo,  
St. pg.  
hydrargyri  
ida est  
sex,  
— qua-  
ideo ut  
ie.  
majores  
Jacobi  
um tu-  
l. 1772.  
r vener.

F. pilulae No. 40. Consp. pulvere Cinnamomi. Dosis  
mane et vespere tres ad quinque pilulae. Non solum in  
syphilitide sed etiam in morbis cutaneis et rheumatismis  
chronicis praestantis effectus sunt, cf. Hufeland's Sy-  
stem II. Bd. 2te Abtheil.

### **Pilulae Hydrargyri muriatici mitis cum Aconito.**

℞ Hydrargyri muriatici mitis,  
Extracti Aconiti ana Drachmam,  
Syrupi simplicis q. s.

M. f. pilulae No. centuu et viginti. Quarum mane et  
vesperi duabus incipiatur. Remedium antarthriticum et  
antisyphiliticum efficax a Stollio praecipue laudatum.

### **Pilulae Hydrargyri muriatici mitis cum Extracto Juglandium foetidae. (anthelminticae.)**

℞ Extracti Rhei,  
— Nucum Juglandis,  
Asae foetidae,  
Hydrargyri muriatici mitis ana Drachmam  
dimidiata.

M. f. pilulae ponderis grani unius, quarum dosis una  
usque ad quatuor in die. — Huic compositioni similes,  
sed magis purgantes, sunt pilulae purgantes anthelminti-  
cae Sellii:

Rec. Aloes lucidae,  
Resinae Jalappae,  
Hydrargyri muriatici mitis ana Drachmam.

M. f. c. Tinctura Rhei pilulae ponderis granorum duo-  
rum. Consp. pulvere rad. Liquiritiae. Quarum octo pro  
dosi sumenda.

Pilulae Hydrargyri muriatici mitis laxantes.

(anthelminticae Nufferi.)

- ℞ Hydrargyri muriatici mitis,  
Sulphuris stibiatii aurantiaci,  
Extracti Rhei compositici,  
Asae foetidae dep. ana.

M. f. l. a. pilulae ponderis grani unius cum dimidio,  
quarum mane quatuor sumantur et dosis quotidie duabus pilulis augenda, donec ter vel quater purgant. Non  
solum lumbricis et ascaridibus, sed etiam taenias has pilulas cum magno effectu opposuit Nuffert.

Pilulae ex Hydrargyro muriatico miti cum Rheo.

- ℞ Hydrargyri muriatici mitis Drachm. dimid.  
Opii puri Scrupulum dimidium,  
Pulveris Rhei optimi Drachmam unam,  
Extracti Quassiae Drachmas tres.

M. f. pil. pond. gran. ij. Dosis: Novem ad decem ter  
in die. Virtutem antihydropicam harum pilularum ex-  
pertus laudat G. W. Becker in Hufelands Journal  
21. Bd. 1. St.

Pilulae Hydrargyri oxydulati nigri.

- ℞ Hydrargyri oxydulati nigri Drachmam,  
Micae panis albi q. s.

M. f. massa, quam divide in 60 pilulas, quarum una quoti-  
die sumenda (Pharmacop. Edimb. 1795.)  
yel:

- ℞ Hydrargyri oxydulati nigri Grana sex,  
Camphor. Grana viginti quatuor,  
Mucilaginis Gummi mimosae q. s.

M. f. massa pil.; divide in pilulas 12. Dosis quotidiana pilula j ad ij. (Ibid.) — Evidem, ubicunque fieri potuit, hydrargyrum oxydulatum nigrum praetuli acrioribus hydrargyri praeparatis, quoniam raris morbo mercuriali, in primis ulceribus mercurialibus faucium, ansam praebere mihi videtur. In rebelli, inveterata et pertinaci syphilitide nonnisi alternatim cum aliis praeparatis mercurialibus eodem uti licet.

### Pilulae ex Hydrargyro nitrico.

**R** Micae panis albi Grana CXC,

emoliantur in Aqua destillata, dein exprimantur et siccantur ad justam consistentiam Massae pilularum, cui adde

Hydrargyri nitrici crystallisati Grana X.

M. f. l. a. pil. pond. gr. ij., quarum decem continent hydrargyri nitrici granum unum. Dosis pilula una quotidie usque ad duas. — Caeterum praestat praescribere hydrargyrum nitricum crystallisatum, quam liquorum hydrargyri nitrici, quoniam

- 1) in forma fluida nescis, an acidum nitricum sufficienter mercurio saturatum sit.
- 2) hydrargyrum nitricum in forma crystallorum accuratius ponderari ejusque dosin rectius praescribere liceat, quam liquoris hydrargyri nitrici secundum numerum guttarum, uti Sellio placuit. Nec absque noxa secundum Sellii methodum liquor hydrargyri nitrici aquae miscetur, cum inde semper, vel cum purissima aqua destillata, praecipitatio insequatur. Quodsi vero cum Ill. Wendt (die Lustseuche in allen ihren Richtungen. Breslau 1819.) praeferas, liquore Hydrargyri nitrici uti, saltem recenter et optimè paratum adhibeas.

Pilulae Hydrargyri muriatici mitis cum  
Sulphure stibiato.

(Pilulae alterantes Plummeri.)

Rx Hydrargyri muriatici mitis,  
Sulphuris stibiati aurantiaci ana Grana quin-  
que,

Succi Liquiritiae dep. Drachmam.

M. f. pil. ponderis granorum duorum, quarum sex con-  
tinent Hydrargyri muriatici mitis granum unum. Dosis  
media pilulae tres in die. Compositionem ex hydrargyro  
muriatico miti cum sulphure stibiato aurantiaco in for-  
ma pulveris vel pilularum, tanquam praestantissimam in  
morbis systematis lymphatici, morbis venereis, scirrhosis,  
impetiginibus, obstructione, et inflammatione asthenica  
chronica viscerum abdominalium, praecipue hepatis, primi  
summo cum jure laudarunt Plummerius in Actis Edin-  
burgens. T. 1. et Werlhof in Spec. 1. de medic. al-  
terant, quorum testimonia deinde iis plurimorum medi-  
corum merito confirmata sunt. In inflammationibus he-  
patis asthenicis nullum remedium praestantius inveni  
hac compositione, addito opii pauxillo. Apprime com-  
mendatur etiam ad formulam modo descriptam in tinea  
capitis a Desault (chir. Wahrnehmungen a. d. Franz.  
Götting. 1798. 6ter Bd.) et Callisen (System der neuen  
Wund-A.K. iter Thl. Leipz. 1798.)

Pilulae Hydrargyri muriatici mitis sti-  
biatae.

Rx Hydrargyri muriatici mitis,  
Sulphuris stibiati aurantiaci,  
Resinae Guajaci nativae ana,  
Extract. Fumar.  
Balsami Copaivae q. s.

M. f. pil. pond. granor. iv., quas a Kleinio (select. formular. pg. 274) jam praescriptas ceu efficax antarthriticum laudavit Baldinger neues Magazin 7r. Bd. 3s. St. pag. 283. 5s St. pag. 463.

### Pilulae Hydrargyri oxydulati nigri cum Extracto Hyoscyami.

R. Hydrargyri oxydulati nigri Scrupulum unum,  
Extracti Millefolii Drachmas duas,  
— Hyoscyami Scrupulos duos,  
Pulveris radicis Rhei Scrupulum unum.

M. f. pil. ponderis granorum duorum. Dosis ter in die quinque pilulac. In affectibus glandularum efficaces sunt. Hinc amaurosin subjecti cuiusdam scrophulosi, cuius nervus opticus forsitan glandulis tumidis compressus fuit, iisdem sanare contigit L. G. Breitingio (cf. Hufeland's Journal 18. Bd. 3. St.)

### Pilulae Hydrargyri stibiati sulphurati.

R. Hydrargyri stibiati sulphurati,  
Resinae Guajaci ana Drachmam unam.  
Extracti Stipitum dulcamarae Drachm. duas.

M. Fiant cum Syrupo simplici pilulae granorum duorum, quarum dosis omni bihorio quinque. In morbis cutaneis experientia horum remediorum effectus probatur. P. Franck Epit. Lib. IV. pag. 152.

### Pilulae e Kino et Camphora.

R. Gummi Kino Scrupulos duos,  
Camphorae Scrupulum unum et dimidium,

Pulveris aromatici Scrupulum unum,  
Zinci oxydati albi Scrupulum dimidium.

M. f. Massa in xx pilulas dividenda. Dentur duae mane et nocte. — Hasce pilulas in diabete cum paralysi et convulsionibus crurum egregias invenit Shee (Edimb. Comment. übers. von Diel. III. Bd. 1 St.) adhibita simul ter in die uncia una infusi Valerianae cum Tinctura Gatechu.

### Pilulae Manganesii muriatici.

Ex Manganesii muriatici Scrupulos duos,  
Gummi Mimosae,  
Pulveris radicis Liquirit. ana Scrupulum.

M. f. pil. pond. gr. ij. Consp. pulvere Cinnamomi S. Omni quadrihorio tres pilulae. auctis deinde dosibus usque ad viginti pilulas. — Oxyda Manganesii, quorum praeparationem docuit Kappius (in libro: Systemat. Darstellung der durch die neuere Chemie in der Heilkunde bewirkten Veränderungen, 1805.) singularem vim incitantem in fibras musculares, vasa sanguifera, et organa digestio[n]is excitant. In magnis dosibus salivationem carent. In scabie, herpete et syphilitide efficacia inventa sunt.

### Pilulae martiatae cum Cascarilla.

Ex Extracti Cascarillae,  
Ferri oxydulati nigri ana Drachmas duas,  
Syrupi Cinnamomi q. s.

M. Fiant pilulae ponderis granorum duorum. obducendae folio lunae. Commandantur a Rosensteinio in specie contra lienteriam, ubi addendum potius Opii pauxillum. Huic formulae substituere licet eam, quae sequitur:

Rec. Extracti Millefolii Unciam dimidiam,

Ferri pulverati rubiginosi Drachmas duas.

M. f. pilulae ponderis granorum trium, quarum ter in die tres ad quinque sumendae. Commandantur in specie a Meyer, in ejus systemat. Handb. zur Erkenntnis und Heilung der Blutflüsse, II. Band., ad arcendas haemorrhagias asthenicas. Eundem in finem ab eodem auctore laudatur Haec compoſitio:

Rec. Extracti corticis Chinac Drachmam,

Ferri sulphurici Scrupulum,

Olei Cinnamomi Guttas quinque.

M. f. cum Balsami Peruviani s. q. massa pilularum in viginti partes aequales dividenda. D. S. Ter in die duae usque ad quinque sumendae.

### Pilulae martiatae foetidae cum Scilla.

R Asae foetidae dep. Drachmas duas,

Ferri sulphurici crystallisati Drachm. dimid.

Radicis Scillae Grana quinque.

Cum vitello ovi fiant pilulae granorum quatuor. Dosis duae omni trihorio. — Commandantur a Gaubio erga taeniam, verum et erga hydropem utiles.

### Pilulae martiatae cum Galbano et Myrrha:

R Ferri sulphurici Drachmam dimid.

Galbani dep.

Extracti Myrrhae ana Drachmam unam et dimidiam,

Syrnpi Aurantiorum q. s.

M. f. pil. ponderis granorum duorum, conspergenda epul vere cinnamomi, quarum omni trihorio sex vel plures sumendae. In amenorrhoea chlorotica tam boni effectus

um.  
ie mane  
lysi et  
Edimb.  
bita si-  
nictura

Ium.  
nomi S.  
sibus us-  
quorum  
ystemat-  
er Heil-  
rem vim  
et or-  
ationem  
inventa

lla.  
luas,  
ucendae  
in specie  
uxillum-  
tur:

sunt, ut Pilulas ad genas rubras easdem nuncupare  
non dubitaverit Kämpfius.

### Pilulae martiatae cum Terebinthina et Alumine.

**R** Extracti Corticis Chinalis Drachmas duas,  
— Quassiae,  
Terebinthinae venetae,  
Aluminis crudi ana Drachmam.  
Ferri pulverati Drachmam dimidiam.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, conspurgendae  
pulvere rad. liquiritiae, quarum dosis omni trihorio duodecim. Egregii sunt usus in gonorrhoea consecutiva chronica.

### Pilulae Moschi ammoniatae.

**R** Moschi Grana octo,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi Grana quinque.

M. f. c. Mucilagine Gummi mimosae pilula. (cujus usu  
repetito Sphacelum tetius brachii, Whittii praecincta  
secutus, sanavit Lentini in Hufelauds Journal IVten  
Bandes ites Stück.

### Pilulae Moschi cum Asa foetida.

**R** Asae foetidae elect. Drachmas sex,  
Moschi orientalis Drachmas duas.

M. f. pil. pond. gr. duorum. Obd. fol. lunae. In morbis  
spasticis, epilepsia praecipue, adhibeantur pilulae 40 - 60  
quater in die.

Pilul

R M

Ar

Ex

Ac

Te

Pu

M. f. pil  
usque a  
struction  
exserun

P

R Ext

Acid

Bals

M. f. c.  
duorum,  
in affectil  
praecipue

Pilula

R Natr

Sapo

M. f. pilul  
minimum

Pilulae Myrrhae amarae cum Ammoniaco.

R. Myrrhae,  
Ammoniaci dep.  
Extracti Cardui benedicti,  
— Absinthii ana Drachmas duas,  
Acidi succinici Drachmam,  
Terebinthinae venetae Drachmas tres,  
Pulveris Rhabarbari q. s.

M. f. pil. ponderis granorum duorum. — Dosis pilulae sex usque ad duodecim omni trihorio vel bis in die. In obstrunctione alvina spastica et hypochondriasi egregios exserunt effectus.

Pilulae Myrrhae cum Arnica.

R. Extracti Myrrhae Drachmas duas,  
— Florum Arnicae Drachmam,  
Acidi benzoici Scrupulos duos,  
Balsami Copaivae Scrupulum.

M. f. c. succo liquiritiae q. s. pil. ponderis granorum duorum, quarum dosis omni bi- vel trihorio sex, et usus in affectibus partium uriniferarum asthenicis, gonorrhoea praecipue chronica.

Pilulae e Natro carbonico saponatae.

R. Natri carbonici siccati quantum lubet,  
Saponis medicati s. q.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum; quarum dosis ad minimum decem omni trihorio. In calculo vesicae uri-

nariae hoc remedium magnopere laudant Beddoes, et  
Ingenhouss in miscellaneis physico-medicis, editis a  
Scherer. Vienn. 1795, idque praeponendum esse aquae  
aereo-acido-alcalinae a Falconero eodem scopo in  
usum vocatae.

### Pilulae Nicotianae.

**R** Pulveris Foliorum Nicotianae virginensis cau-  
te siccatorum,

Conserve Rosarum ana Drachmam,  
Mucilaginis Gummi Mimosae q. s.

M. f. pilulae sexaginta, quarum dentur una ad tres pro do-  
si bis terve vel pluries in die, donec nauseam moveant.  
Diureticæ et antihydropicæ sunt.

### Pilulae ex Opio.

**R** Opii puri Grana decem,  
Succi Liquiritiae dep. Scrupulos quatuor.

M. f. l. a. massa. Formentur pilulae quadraginta, Lycopo-  
dio conspergenda. Quatuor pilulis inest Opii granum  
unum, adeo ut earundem vehiculo opium minutis et ac-  
curate definitis dosibus dare liceat.

### Pilulae Pyrethri.

**R** Pulveris Radicis Pyrethri Drachmam,  
Mucilaginis Gummi Mimosae q. s.

M. f. Pil. No. xxx. D. S. Omni quadrihorio sex. Addere  
quoque licet oleum quoddam aethereum, e. g. Olei Men-  
thae piperitae guttas duas. De radicis Pyrethri egregiis  
usu in febribus intermittentibus et affectibus paralyti-  
cis experientias suas, utique memorabiles, communica-

vit O:  
April 1  
1802.  
cum co  
q. s. ad

Pil

**R** Pul  
Na  
Fel

Gu

M. f. p  
dae Ly  
diem.  
tuali eff

**R** Exti  
Sem  
Ferr  
Resi

Olei

M. f. pil  
dae, adul  
parte sun

vit Oxley in Bradley's medical and physical Journal.  
April 1801 cf. Hufeland's Journal der ausländ. Litt.  
1802. Eiusdem quoque drachmas duas in Electuario  
cum corticis chiae uncia et syrapi corticum aurantiorum  
q. s. ad cochlear parvum omni trihorio sumere licet.

### Pilulae e Rheo cum Natro acetico.

℞ Pulveris Rhei,  
Natri acetici leniter exsiccati,  
Fellis Tauri recenter inspissati, ana Drach-  
mam,  
Gummi Mimosae Drachmam dimidiam.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, conspergenda Lycopodio. Dentur decem ad quindecim bis per diem. Alvum leniter laxant, hinc in obstructione habituali efficaces, sed non nimis diu continuandae.

### Pilulae Seminis Santonici.

(anthelminticae Rosenstein.)

℞ Extracti Tanaceti,  
Seminis Santonici contusi ana Grana sex,  
Ferri sulphurici Grana quatuor,  
Resinae Jalappae cum Amygdalis bene tri-  
tae Grana sex,

Olei Tanaceti Guttam unam.

M. f. pil. pond. granorum duorum folio lunae obducendae, adultis semel et simul, infantibus junioribus ex quarta parte sumendae. Anthelminticum notissimum.

### Pilulae scilliticae.

**R** Ammoniaci dep.

Radicis Scillae ana Drachmam,  
contusis simul in mortario lapideo, adde  
Pulveris Cardamomi minoris Drachmam di-  
midiam,

M. f. pil. pond. gr. ij, quarum singula usque ad sex in  
atonia systematis resorbentis, in asthmate humido, ne-  
phritide pituitosa et sabulosa, dysuria et ischuria, leu-  
cophlegmatia et ipso hydrope summo cum effectu dan-  
tur. Addere quoque licet roborationis caussa extracti  
cardui benedicti drachmam et ad systematis absorbentis  
incitationem, sulphuris stibiati aurantiaci grana decem.

vel:

**R** Radicis Scillae siccatae in pulverem redactae  
Grana duodecim,  
— Zingiberis pulverati Scrupulos duos,  
Saponis medicati purissimi,  
Gummi Ammoniaci ana Drachmas duas.

M. f. ex spiritu vini pilulae granorum duorum, Lycopo-  
dio conspergenda. Dosis pilulae duodecim ter in die.  
Pilulae hydropicae Bontii, olim celebratissi-  
mae, componuntur ex gummi ammoniaci unciiis duabus,  
scillae siccatae drachmis tribus, aloes lucidae, Gummi  
guttae ana drachmis duabus, et elaterii triti granis sede-  
cim, cum tincturae amarae q. s. ad massam pilularum  
redactis.

### Pilulae stibiatae.

**R** Stibii sulphurati nigri laevigati,  
Extracti Dulcamarae ana.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, conspergendas  
pulvere cinnamomi. D. S. Ter quotidie quinque usque

ad qui  
neis, /  
land

Pilul

R Sap

As

Ex

Pu

M. f. I  
quinque

R Sap

Asa

Gu

Stil

Pel  
Opi

M. f. c.  
tidie bis  
composit  
bus resin  
niciis cum  
ctione, el  
tum in  
Alvum ei  
impuriae,  
resin pro

ad quindecim. Remedium in arthritide et morbis cutaneis, leprosis potissimum, merito laudatum in Hufeland Syst. der prakt. Heilk. 3. Bd.

### Pilulae stibiatae cum Opio et laxibus resinosis.

℞ Saponis stibiati,  
— jalappini,  
Asae foetidae ana Drachmam,  
Extracti Opii Grana quinque,  
Pulveris Radicis Valerianaæ Drachmam dimidiam.

M. f. pilulae ponderis granorum trium. S. ter in die quinque.

vel:  
℞ Saponis jalappini,  
Asae foetidae,  
Gummi Guajaci,  
Stibii sulphurati nigri laevigati ana Drach-

mam,

Pulveris Rhei Drachmam dimidiam,  
Opii Grana sex.

M. f. c. syrupo simpl. pil. pond. granor. trium. S. Quotidie bis vel ter quinque sumendae. Laudatur merito compositio ex opio aliquo excitantibus cum purgantibus resinosis et antarthriticis in affectibus arthriticis chronicis cum spasmis in abdome, vitiis digestio-  
nibus, et asthenia intestinali irritabili a C. G. F. Kortum in Hufelands Journal VI. Bd. 1. St. pg. 157.  
Alvum enim absque irritamento et colica laxam, urinae impuriae, mucosae, sedimentosae evacuationem et diaphoresin promovent, et spasmos arthriticos mitigant.

Pilulae sulphurato-stibiatae cum Arnica et Camphora.

℞ Extracti Arnicae Drachmam unam,  
Sulphuris stibiati aurantiaci Scrupul. unum,  
Camphorae Grana quindecim,  
Sulphuris dep. Drachmas duas.

M. f. l. a. pilulae granorum trium, quarum dosis mane et vespere tres usque ad quindecim in die. — Optimo cum successu hisce pilulis usus est Beerius in homine, cui suppressio subitanea scabiei habitualis visum privaverat, adhibitis simul decoctis ex radice bardanae et Sarsaparillae. Scabies in cute iterum prodiit, et continuato eorundem remediorum usu siccavit, quo facto visum recuperavit aegrotus. v. G. Joh. Beer Gesch. eines geheilten vollkommenen von zurückgetreter Krätze entstandenen schwarzen Staars. Wien 1798.

Pilulae sulphurato-stibiatae cum Cicuta.

℞ Sulphuris depurati Unciam dimidiam,  
Extracti herbae Conii maculati, Drachmas  
duas,  
Sulphuris stibiati aurantiaci Scrupulum.

M. f. cum syrupo althaeae pilulae grani unius. Consurgantur Lycopodium. Dosis ter in die pilulae quartuor usque ad decem. Mirum antimonialia effectum exserunt in variolarum morbis secundariis, ulceribus scilicet, ossium affectibus caet., quare in hisce affectibus praecipue commendanda sunt. cf. Hufeland v. d. Blattern, et Ej System, II. Bd. 2te Abth. Efficacior adhuc est compositio sulphuris stibiati cum hydriargyro muriatico miti et cicuta, quam in morbis systematis lymphatici et ossium ex dyscrasia venerea, arthritica

Ar-  
carie praecipue et ossium tumoribus, nec non in morbis  
exanthematicis pertinacissimis optimi effectus esse innu-  
merae probaverunt experientiae.

### Pilulae e Tartaro boraxato.

(hydragogae.)

**Rx** Extracti Trifolii aquatrici Uncias duas,  
Tartari boraxati Drachmam unam et dimid.  
Pulveris Rad. Senegae Drachmas duas,  
— Rad. Colchici autumnalis Drachm.  
unam et dimidiam,

M. f. pil. pond. gr. ij. Dosis omni trihorio sex ad duo-  
decim. — In hydrope laudantur ab Oberteuffero in  
Hufelands Journal V. Bd. 3. St. — Hisce pilulis sub-  
stituere licet potionem ex tartaro boraxato, spiritu muria-  
tico-aethereo, et aqua menthae piperitae vel juniperi,  
— quam Bangius erga hydropem apprime commendat.

### Pilulae e Terebinthina.

**Rx** Terebinthinae coctae,  
Saponis medicati purissimi ana Drachmam  
dimidiam,

Pulveris Rhei Drachmam.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, Lycopodio con-  
spergendae, quarum dosis mane et vesperi decem ad quin-  
decim. — Resolvunt, leniter purgant, urinam carent, re-  
licto rheo, et additis balsami copaivae guttis quindecim,  
gonorrhoeae chronicae cum successu opponuntur. — Com-  
positionem ex terebinthinae coctae drachmis duabus, ra-  
dices rhei drachma, ferri limati granis decem, dividendam  
in 56 pilulas, quarum dosis sit bis in die quatuor, ad  
sistendum gonorrhoeam chronicam apprime commendat  
Swediaur de syphilitide.

**Pilulae Valerianaæ ferulaceæ.**

- ℞ Asæ foetidae,  
Radicis Valerianaæ ana Drachmas tres,  
Camphoræ Drachmam dimidiam.

Pulverat. M. Cum tinctura valerianaæ ammoniata fiant pilulae ponderis granorum duorum. Dosis decem ad quindecim. Usus in affectibus spasmodicis, hysterics, hypochondriacis caet. egregius.

**Pilulae Zingiberis amarae.**

- ℞ Extracti Ligni Quassiae Drachmas duas,  
Pulveris Radicis Zingiberis q. s.

M. f pilulae ponderis granorum duorum, conspergendaæ pulvere cinnamomi. D. S. Decem pro dosi. Ob amaritatem et aroma optimi effectus sunt in arthritide asthenica, dyspepsia caet.

**Potio aluminosa.**

- ℞ Aluminis crudi Grana quindecim,  
solve in  
Aquaæ Menthae crispæ Unciis quatuor,  
adde  
Tincturae Cinnamomi,  
Syrupi Papaveris ana Unciam.

Ad compescendas haemorrhagias uteri hanc potionem cochleatim sumere suadet Rust (Magazin der gesammten Heilkunde III, Bd. 3. St. 1818.) conf. et. Pilulae aluminis.

**Potio ammoniata.**

- ℞ Liquoris Ammonii pyro-oleosi, Guttas quinquaginta,  
Aquaæ destillatae Unciam unam et dimidiam

M. — Promovenda disphoresi in febribus catarrhalibus et rheumatismis asthenicis hoc remedium pro dosi, paulo ante somnum sumendum laudatur praecipue a Pringle.

### Potio gummosa.

**R** Gummi Mimosae Drachmas sex,  
Aqua fontanae Uncias duodecim,  
Syrupi simplicis Unciam.  
Solve. Vasculatim haurienda.

Analogon emulsionis gummosae v. supra p. 33. — In omnibus praecipue affectibus systematis gastrici cum sensibilitate aucta e. g. Diarrhoea, Dysenteria, Vomito etc.

### Potio Mannae tamarindinata.

**R** Pulpae Tamarindorum Uncias tres,  
Mannae Unciam,  
solve in  
Aqua florum Chamomillae Uncii novem.  
Colatura, D.S. Vasculatim sumendum, donec laxando agit.

### Potio salina mannata.

**R** Natri sulphurici Unciam unam et dimidiam,  
Mannae electae Unciam,  
solve in  
Aqua destillatae Uncii sex.  
Laxandi scopo sumatur cochleatim.

### Potio Tartari boraxati.

**R** Tartari boraxati Unciam dimidiam,  
Roob Eboli Uncias duas,

Aquaे Baccarū Juniperi Uncias tres,  
Syrupi Rhamni cathartici,  
— Violarum ana Unciam dimidiam.

Hydropicis febrentibus siti excruciatis cochleatim sumere suadet Wendt (formulae medicamentorum in Clinico Erlangensi 1807.)

### Pulvis Acidi tartarici.

℞ Acidi tartarici Unciam dimidiam,  
Sacchari albi Uncias sex.

Misce in mortario lapideo. Antiphlogisticum in morbis sthenicis a drachma dimidia usque ad integrum omni hora secunda tertiate adhibendum.

### Pulvis Aconiti.

(arthriticus.)

℞ Sacchari albi Drachmam,  
Extracti Aconiti Grana tria.

M. f. pulvis. Divide in tres partes aequales. D. S. Omniphorio pulvis. In Arthritide egregios praestat effectus. Augere quoque licet dosin Extracti Aconiti usque ad grana quinque pro dosi.

### Pulvis alcálinno-tartarisatus.

(aerophorus Vogleri.)

℞ Natri carbonici aciduli Drachmas duas,  
Tartari depurati Drachmas sex,  
Sacchari albi Unciam dimidiam.

Primum Tartarus depuratus in subtilissimum pulverem teratur; deinde natrum et saccharum terendo admisceantur. Hujus pulveris cochlear parvum aliquot unciis aquae pu-

rae admisceatur omniaque inter effervescentiam ebibantur. Egregii sunt hujus methodi, acidum carbonicum propinandi, effectus, praecipue vero, ubi interest nimiam ventriculi irritabilitatem sedare, hinc et in vomitu frustaneo nimio, cui non inflammatio organi abdominalis originem dat. Conf. de hoc aliisque hujus methodi effectibus Hnfeldan's Journal 7. B. 3. St. p. 7. Eundem in finem adhibere licet Calcariae carbonicae cum acido tartarico compositionem, e. g.

Rec. Concharum praeparatarum sive Lapidum Cancri Scrupulum,

Acidi tartarici Grana quindecim.

M. f. pulvis in effervescentia sumendus.

Ad nauseam et vomiturationem gravidarum haec formula commendatur a Cel. Buchholz in Loders Journal für die Chir. 1. Bd. pg. 351.

Rec. Magnesiae carbonicae Drachmas duas,

Acidi tartarici Drachmam dimidiam,

Elaeosacchari citri Drachmam.

M. f. pulvis, cuius cochlear parvum cum aqua mixtum inter aeris fixi ebullitionem bibatur. — Non minus aquam aere fixo impraeognatam erga nauseam et vomiturationem gravidarum prodesse, auctor fuit Cel. Marcard in Loders Journal f. d. Chir. 1. Bd. pag. 117. Equidem in hisce nauseis nil efficacius inveni pulvere ex piperis cajennensis et ammonii carbonici ana grano dimidio cum quinque ad decem granis pulveris aromatici.

### Pulvis aluminosus.

R Aluminis crudi Grana duo,

Gummi Mimosae,

Sacchari ana Grana decem.

Misce f. pulvis. Detur pro dosi. Adstringendo agit alumen in intestina, hinc in diarrhoeis colliquativis unicum quandoque remedium. Sed incitantia simul adhibenda.

— In majori dosi quoque aliquaque cum additamentis, urgente necessitate, alumen dare licet. e. g.

Rec. Corticis Cascarillae,

Aluminis crudi, ana Grana decem,

Cassiae cinnamomeae Grana quinque.

M. D. pro dosi ter quaterve in die.

### Pulvis amarus.

**R** Pulveris Corticis Cascarillae,

— Radicis Gentianae,

Flavedinis Corticum Aurantior. ana Drach-

mam,

Elaeosacchari Menthae piperitae Drachmas

tres.

M. Dosis hujus pulveris, cui vires sunt stomachicae roborentes, est drachmae dimidiae aliquoties in die. Sed monendum, hujus pulveris, haud secus ac cujuscunque amari, usum non nimis protrahendum esse, ut sensibilitatis ventriculi hebetationi caveatur. Id quoque unicum est detrimentum ex usu pulveris sic dicti Ducis Portlandi timendum, compositi ex hisce:

Rec. Radicis Aristolochiae rotundae,

— Gentianae,

Florum et Foliorum Chamaedryos,

— — Chamaepytis,

— — Centaurii minoris ana.

Hujus pulveris, ad arthritidem olim usitatissimi, et vera efficacis, ubi arthritis pendet a vitiata digestione, dosis est drachma jejune sumenda, superbibendo haustum theae vel vini albi (conf. Clepham in London medical obss. and inquiries Tom. 1. no. 14. Gaubius in actis harlemensibus Tom. IV. p. 305. et in Abhandlungen aus den Schriften der harlemer und anderer holländ. Gesellschaften I. Bd. Leipzig. 1773. pag. 230.) De dannnis inde timendis v. Gaubium l. c. et Withers von Fehlern

beim Gebrauch der Arzneien. Sed experientiis confirmatur ejusdem usus et refutantur istae suspiciones in Werth de limitandis laudibus medelarum pag. 31.

### Pulvis Ammonii.

**R** Ammonii carbonici pyro-oleosi Grana duodecim ad viginti,

Extracti Hyoscyami nigri granum unum,

Trageae aromaticae Grana quadraginta.

M. f. pulvis. Divide in quatuor partes aequales. — Antacidum, antispasticum, diaphoreticum. Marcus Taschenbuch.)

### Pulvis Ammonii muriatici.

**R** Ammonii muriatici Unciam,

Sulphuris stibiati aurantiaci Drachmam dimidiam,

Elaeosacchari Chamomillae Drachmas quinque,

Pulveris Radices Liquiritiae,

Calami ana Drachmas duas.

Pulverisata misceantur in vase vitro epistomio munito. Ad febres intermittentes gastricas, cochlearis minoris dosi, quoisque resolventibus utendum, laudatum a Wendl (Formulae medicamentorum Instituti Clinici Erlangensis 1807).

### Pulvis Anagallidis.

**R** Pulveris Foliorum Anagallidis puniceae,

Sacchari albi ana Scrupulos duos.

M. f. pulvis. Dentur Doses tales, quantum libet. Dosis omni bihorio pulvis. Anagallis primum laudabatur in hydrophobia in Kaempfii libro anonymo „von der Wasserscheu“ deinde pluries et nuper quoque in novellis publicis; sed virtus ejusdem problematica.

### Pulvis Arnicae compositus.

℞ Pulveris Radicis Arnicae,  
— Serpentariae,  
Elaeosacchari Menthae piperitae ana Drachmas duas.

M. Divide in sedecim partes aequales. Dosis omni bihorio pulvis. Ad sistendas diarrhoeas in febribus putridis laudatus ab Ackermanno (therap. gener.)

### Pulvis Arnicae opiatum.

(pectoralis Sellii.)

℞ Pulveris florum Arnicae,  
Kali nitrici stibiati per inspissationem parati ana Unciam,  
Opii Grana quatuor,  
Camphorae Grana decem.

Dosis aliquoties in die cochlear parvum. Laudatur Sellio (Med. clin.) in phthisi incipiente; sed caveas ab opio in phthisi sic dicta florida, ubi sistema irritable praepotenter agit. Contra vero bonum hujus compositionis effectum confirmatum vidi in phthisi pituitosa, quare etiam nitrum antimoniatum per inspissationem non plane rejicerem.

*Pulvis arsenicalis.*

R Arsenici albi,  
Myrrhae electae,  
Piperis longi,  
Terraee sigillatae rubrae ana Drachmas duas,  
Sulphuris depurati Unciam dimidiam,  
Pulveris aromatici Drachmam.

M. f. pulvis subtilissimus, cuius vires antifebribles extolit Plenciz (Opp.) ejusque sex vel octo grana bihorio ante paroxysmum cum infuso chamomillae sumi jussit. Sed monendum est, Arsenicum, licet specificum fere sit febris intermittentis antidotum, nunquam tamen absque periculo adhiberi, imo non raro vel minimas quoque doses phthisin sequi plane insanabilem. Abstinendum itaque ab ejus uso, ubiunque aliis remedii finem exoptatum attingere sperandum est.

*Pulvis Foliorum Belladonnae cum Rheo.*

R Pulveris Foliorum Belladonnae Granum unum,  
— Radicis Rhei Grana quindecim.

M. pro una dosi. — Hac compositione Lentini (Beitr. zur ausüb. A. W. III. Bd. pag. 216.) medendis scirrhis mammae muliebris ita usus est, ut omni vespere talem dosin sumi jussit, intermixtis omni quinto die emeticis. — Thedenius compositionem ex foliis Belladonnae et radice Rhei ana laudavit erga hydrophobiam, et adultis a cane rabido morsis quinque foliorum Belladonnae grana dedit pro dosi, haud saepius quam secundo aut tertio die repetenda. Sed folia Belladonnae in effectu suo antihydrophobico postponenda esse radici, expertus docuit Safer in Hufelands Journal XI. Bd. 1. St.

**Pulvis Foliorum Belladonnae moschatus.**

℞ Pulveris Foliorum Belladonnae Grana unum  
ad tria,

Moschi,

Camphorae ana Grana quinque,

Sacchari albi Grana decem.

M. f. pulvis. Dispende tales doses q. i. In hac dosi, pro infantibus scilicet grani unius, pro adultis vero duorum ad trium granorum, ter in die sumenda, Belladonnam ceu optimum hydrophobiae remedium laudavit Münch et experientiis assertum confirmavit. — Sed praestat secundum Sauteri observationes citatas radix Belladonnae a granis octo ad decem pro dosi unice et absque additamento sumpta, foliis longe efficacior. —

**Pulvis Radicis Belladonnae.**

Radicem Belladonnae in plurimis morbis convulsivis praestantissimum constituere remedium, notissimum est. Prae aliis vero tussi convulsivae cum egregio successu opponitur, ut experientia propria et casus, quos Schaeffer (Beschr. der Krankheiten in und um Regensburg 1818), Kraft (in Hufeland's Journal 27. Bd. 3. St. pag. 139) Benj. Kahleis (Ibid. vol. 45) communicaverunt, aliquie probant. Ultimus hic auctor erga tussin convulsivam comedat compositionem hoc modo:

℞ Pulveris Radicis Belladonnae Grana tria ad quinque,

— Radicis Liquiritiae,

— Sacchari ana Drachmas tres,

— Ipecacuanhae compositi Grana duodecim,

— Sulphuris depurati Grana viginti ad viginti quinque,

— Olei aetherei Anisi,

— Succini ana Guttas duas ad tres.

M. S. Omni bihorio Grana decem.

### Pulvis benzoicus.

**R** Acidi benzoici Grana tria,  
Elaeosacchari Anisi Grana decem.

M. Disp. Dos. q. v. S. Omni hora pulvis. Incitans, volatile, praecipue pulmonum, hinc in pneumoniæ asthenica et promovendis sputis adhibendum, ubi irritamento fortissimo et subitanè opus est.

### Pulvis Bismuthi.

**R** Bismuthi oxydati albi Grana duo,  
Magnesiae carbonicae Grana decem.

M. f. pulvis. Dentur doses tales quantum libet. In dyspepsia acida prodest. Ubi spasti simul et cardalgia ad-sunt, conjungendum est Bismuthum cum Moscho et Hyoscyamo in hac compositione, quam Marcus (Recept. Taschenbuch) commendat:

Rec. Bismuthi oxydati albi,  
Moschi orientalis ana Granum,  
Extracti Hyoscyami Granum dimidium,  
Magnesiae carbonicae Grana quinque.

M. f. pulvis. Dentur doses q. l. S. Omni trihorio pulvis.

### Pulvis Calami aromatici.

**R** Radicis Calami aromatici Uncias duas,  
Sacchari Unciam.

M. Dosis scrupulus unus ad drachmam unam. Dosis Radicis Calami est a graniis quinque ad scrupulos duos, eique vis inest irritans, stomachica, carminativa, antiscorbutica. Evidem haud raro optimos vidi effectus a pulvere stomachico Birkmanni in ventriculi debilitate, affectibus hypochondriacis, febribus intermittentibus.

bus, earumque reliquiis, flatulentia et debilitate intestinorum. Constat autem ex hisce:

Rec. Radicis Ari Drachmas duas,

— Calami aromatici,

— Pimpinellae albae ana Drachmas tres,

Florum Cassiae Drachinam unam,

Kali sulphurici Drachmas duas.

M. f pulvis. — Datur ad drachmam dimidiam ter quartae in die. Descriptionem hujus pulveris primo dedit Quercetanus in Pharmac. dogmat. restitut. Eundem porro laudaverunt Baglivius et Werlhofius in Obs. de febrib. Pulverem Birckmanni immerito oblivioni traditum esse expertus quoque affirmat Struve in Hufelands Journal der prakt. Heilk. V. Bd. 4. St. pag. 123.

### Pulvis Calcariae carbonicae.

(absorbens, antacidus.)

R<sup>x</sup> Lapidum Cancrorum Grana quindecim,  
Elaeosacchari Menthae Grana decem.

M. f pulvis. Dispensa doses q. l. quarum in ructibus acidis, diarrhoea, dysenteria caet. omni bihorio una.  
vel:

Rec. Testarum Ostrearum praeparatarum Drachmas duas,

Magnesiae carbonicae Drachmam,  
Pulveris Cinnamomi Scrupulum.

M. f pulvis, cuius dosis grana quindecim.  
vel:

Rec. Lapidum Cancrorum praeparatorum Drachmas duas,

Pulveris Corticum Aurantiorum Drachmas dimidiad,

Elaeosacchari Citri Scrupulum.

M. f pulvis. D. S. Mane et vespere cochlear parvum  
Erga acidum stomachi laudatur a Wedekind (von den Krankh. der ersten Wege pag. 103.) Sed non oblitus

caris, ac  
roborati  
palliativ

Pulvis

Ec Pu

M. f. pu  
tri capit  
efficaciss  
Natur u  
len Cata

R Cam

Sacc

M. f. pu  
rae circu  
lepticace.

Pulv

R Pulv  
Cam  
Sacc

M. f. pul  
tendas.  
lytico no

intesti-  
caris, ad minuendam istam dispositionem ad acescentiam  
roboratione potius ventriculi opus esse, quam antacidis  
palliativis.

Pulvis Calciae sulphuratae cum Aco-  
nito.

R Pulveris Calciae sulphuratae Drachmas  
duas.

— Succi Liquiritiae Drachmam,

— Herbae Aconiti Drachmam dimid.

M. f. pulvis. Dosis omnib[us] horio, quantum acumine cul-  
tri capitur. Remedium, quod summe extulit tanquam  
efficacissimum antiphthisicum I I. Buschius (Ueber die  
Natur und Heilart der Lungensucht und der gefahrvol-  
len Catarrhafeieber. Aus d. Französ. Strasburg 1806.

Pulvis camphoratus.

R Camphorae Gummi Mimosae subactae Gra-  
num unum,

Sacchari Scrupulum.

M. f. pulvis, pro dosi. Notissimae sunt vires campho-  
rae circulationem sanguinis incitantes, diaphoreticae, ana-  
lepticae. Ista vero dosi vel semel vel pluries in die uti licet.

Pulvis Cantharidum camphoratus.

(diureticus.)

R Pulveris Cantharidum Grana quatuor,  
Camphorae Grana octo,

Sacchari Lactis Drachmas tres.

M. f. pulv. Divide in sex partes sequales rarius repe-  
tendas. Fortissima haec est cantharidum dosis, in para-  
lytico nonnisi systematis uropoietici statu concedenda,

### Pulvis carbonis.

(contra strumas.)

Rx Zinci oxydatis albi Unciam dimidiam,  
Testarum Ovorum Drachmas duas,  
Panni scarlatini Drachm. unam et dimidiam.

Mixta in vase clauso comburantur et in pulverem terantur. S. ter in die cochlear parvum. Commendatur erga strumam in Marcus Taschenbuch. Idem efficit Spongia marina usta, (conf. Decocum Spongiae) praeципue vero substantia a recentioribus Chemicis in plantis marinis detecta, Jodine. conf. Formey Abh. von der Iodine. Berlin 1820.

### Pulvis Castorei.

Rx Castorei sibirici Grana tria ad decem,  
Pulveris temperantis Grana quindecim.  
M. f. pulvis. In spasmis non asthenicis in frigore febrium intermittentium spastico salubris et pro lubitu repetendus.

vel:

Rec. Castorei sibirici,  
Pulveris radicis Valerianae,  
Sacchari albi ana Grana decem.

M. f. pulvis; — cuius effectus antispasmodicus, si opus fuerit omni hora repetendus.

### Pulvis Catechu compositus.

Rx Pulveris Catechu,  
— Corticis Cascarillae,  
— Gummi Mimosae,  
— aromatici ana.

M. Dosis sit omni bihorio scrupulus. Prodest in diarrhoeis chronicis et habitualibus.

Pulvis Chamomillae cum Antimonio.

(febrifugus Mortoni.)

℞ Pulveris florum Chamomillae Scrupulum  
unum,

Stibii oxydati albi abluti,

Kali carbonici ana Scrupulum dimidium.

Dispensa doses q. pl. quarum in apyrexia omni quadri-  
horio singula. Celebratur ceu antipyreticum a Morto-  
no, Recentioribus vero observationibus ejusdem effica-  
cia haud confirmatur.

Pulvis Chiae compositus.

(febrifugus.)

℞ Corticis Chiae flavi s. regii subtilissime pul-  
verati Drachmas sex,

— Cinnamomi pulverati Drachmam.

M. Divide in XII partes aequales in febre intermitte, si proximum ejus paroxysmum avertere velis, intra nycthemerum sumendas. Efficacior hoc Cinnamomi additamento est pulvis aromaticus Pharmacopoeiae Boruss. cf. Heller üb. d. Intermittirfieber in Hufeland's Journal XXVII. Bd. 4. St. — Compositiones pulveris Chiae cum Ammonio muriatico martiato, quales in pluribus Pharmacopoeis proponuntur, plane incongruae sunt et omni sanae theoriae repugnant.

Pulvis Chiae martiatus.

℞ Pulveris Chiae subtilissimi Drachmas sex,

— Corticis Cascarillae (vel Cinnamomi)

— Ferri limati ana Drachmas duas.

M. Dosis ter in die cochlearia duo parva.

Rec. Ferri limati Drachmam,

Pulveris Corticis Chiae Unciam semis,

Elaeosacchari Cinnamomi Drachm. dimidiam.

M. f. pulvis. Divid. in **xvi** partes aequales. D. S. Omni  
trihorio pulvis. In chlorosi, scorbuto, aliisque morbis  
asthenicis, digestione adhuc valida efficax.

vel:

Rec. Pulveris Corticis Chinae Libram dimidiam,  
Ferri sulphurici Unciam dimidiam in  
Aquaee Uncis duabus solutam.

Mixtis adde:

Olei Corticum Aurantiorum Guttas viginti.  
Dosis hujus remedii, quod sub nomine pulveris an-  
tifebrilis de Wind tanquam optimum antipyreticum  
laudavit Voltelen in Pharmacologia universalis Part. **1**  
pag. 316, est drachma dimidia.

vel:

Rec. Pulveris Corticis Chinae Unciam,  
— Cascarillae,  
— Ligni Quassiae ana Unciam dimidiam,  
Ferri sulphurici Drachmas duas,  
Elaeosacchari Cajaput Drachmas sex.

M. f. pulvis subtilissimus. D. ad scatulam. S. Quater  
in die cochlear parvum sumendum. Iis, qui onania et  
profusione semenis vires debilitaverunt, adjunctis simul  
balneis martialibus et lotione genitalium spirituosa com-  
mendatur hic pulvis a Joerdens in Hufeland's Jour-  
nal IV. Bd. 2. St.

### Pulvis Colocynthidis.

Æc Pulveris Colocynthidis Granum unum ad  
tria,

— Gummi Mimosae,  
— Radicis Liquiritiae,

Sacchari albi ana Grana quinque.

M. f. pulvis. Dentur tales doses q. l. quarum singula  
vel duae in die propinatae optimum in paralysi extremitat-  
atum praestiterunt effectum.

### Pulvis cretaceus.

R Cretae praeparatae Uncias quatuor,  
Nucis moschatae Drachmam dimidiam.

Misceatur et servetur. Remedium haud magni pretii in  
diarrhoea et acido primarum viarum utile, cuius dosis  
sit cochlear parvum aliquoties in die.

### Pulvis Cupri ammoniati.

R Cupri ammoniati Grana duo,  
Camphorae Grana tria,  
Elaeosacchari Cinnamomi Drachmam.

M. f. pulvis. Divid. in octo partes aequales, quarum  
singula bis in die. Remedium epilepsiae hinc inde cum  
fructu oppositum.

### Pulvis Cupri sulphurici.

R Cupri sulphurici.  
Tartari stibiatiana Grana duo,  
Sacchari albi Grana decem.

M. f. pulvis. Emeticum fortissimum, nonnisi urgente ne-  
cessitate ad evacuationem veneni adhibendum, ubi cele-  
rius et vehementius vomitum ciet, quam caetera cmeti-  
ca usitatoria.

### Pulvis e Digitali purpurea.

R Herbae Digitalis purpureae pulveratae Grana  
duo,

Radicis Calami pulveratae Grana quinque,  
Sacchari albi Grana tredecim.

M. Detur pro dosi bis in die hydropicis ad pellendam  
urinam.

vel:

**Rec.** Herbae Digitalis purpureae Granum unum,  
Acidi tartarici Grana tria,  
Camphorae grana duo,  
Sacchari Grana decem,

M. f. tales doses quantum libet. S. Mane et vespere  
pulvis sumendus. Remedium in melancholia tristi praec  
alnis laudatum a Plenck in Pharmacologia. Viennae 1804.

### Pulvis Ferri limati.

**R** Ferri subtilissime limati,  
Pulveris Cinnamomi ana Drachmam dimi  
diam,  
Sacchari albi Drachmas tres.

M. exakte f. pulvis. Divide in duodecim partes aequales.

vel:

**Rec.** Florum Chamomillae romanae Unciam dimid.  
Corticis Winterani,  
Ferri pulverati subtilissimi ana Drachmas duas.

M. f. pulvis. Divide in partes viginti quatuor. D. S.  
Omni trihorio pulvis. — Ubi cunque ferri usu interno  
opus est, in cachexiis, chlorosi praecipue, amenorrhoea,  
hypochondriasi atonica (ubi vero simul incitamenta vo  
latilia adhibenda sunt) caet., ibi (moante etiam nuper  
rime ill. Brandis in egregio de thermis Driburgensi  
bus et usu martialium scripto) ferrum metallicum, nec  
oxydandum, in usum vocare praestat. Anthelminticam  
quoque vim ferri, secundum hasce formulas praeparati,  
(praeeunte Cel. Buchholzio) saepe cum optimo suc  
cessu expertus sum.

### Pulvis Ferri cum Cinnabari.

**R** Ferri oxydati fusci Unciam unam,  
Lapidum Cancorium Unciam dimidiam,  
Cinnabaris Drachmam unam.

M. Singula subtilissime pulverisata exakte misceantur.  
Deinde tota massa in quinquaginta partes dividatur, qua-  
rum mane et vespere singula sumenda. In rhacchitide  
praeter diaetam convenientem hoc remedium efficacissi-  
mum sese invenisse affirmat van Gesscher Heden-  
daagsche oeffenende Heelkunde. Eerste Deel pg. 414.

### Pulvis Foeniculi compositus.

(galactopoeus)

R. Magnesiae carbonicae Unciam unam,  
Seminum Foeniculi,  
Corticum Aurantior- ana Unciam dimidiam.  
M. f. pulvis, cuius quater vel quinques quotidie semi-  
drachma sumenda. Laudatur ob vires mammae ad gala-  
ctopoesin specifice incitantes a Rosensteinio, Jah-  
nio (Kinderkrankheiten pag. 109) et Hufeland (Syst.  
II Bd. 2 Abh.) ab aliis vero negatas. Evidem vix ali-  
quem inde vidi effectum.

### Pulvis guajacinus.

R. Resinae Guajaci nativae Drachmam dimi-  
diam, (usque ad integrum)  
Elaeosacchari Foeniculi Drachmam dimidiam.  
M. f. pulvis, cuius dimidia pars mane et altera vespere  
sumatur.

vel:

Rec. Pulveris Resinae Guajaci nativae,  
Tartari depurati ana grana quindecim.  
M. pro dosi ter quaterve in die. — Laudatissimus est  
usus Guajaci in affectibus rheumaticis et arthriticis, ve-  
rum quoad istos pulveres videndum est, ne diarrhoeam  
moveant nimiam,

num,  
vespere  
ti pree  
te 1804.

dimi-  
t,

equales.

dimid.

as duas.

D. S.

interno

rrhoea,

nta vo-

nuper-

rgensi-

m, nec

ithicam

eparati,

no suc-

m,

Pulvis Guajaci cum Senna,

R<sup>x</sup> Pulveris Gummi Guajaci,

— Foliorum Sennae ana.

M. Hujus pulveris, secundum aetatis et constitutionis conditionem bis vel ter in die cochlearia parva duo sumenda, ita ut leniter purgent, in ictero dedit et optimum se erga hunc morbum effectum vidisse affirmat Schneider in Horns neuem Archiv 2 Bd. 1 St. pg. 25.

Pulvis Gratiolae.

R<sup>x</sup> Extracti Gratiolae,

Sacchari albi,

Lapidum Cancrorum,

Seminum Foeniculi ana Drachmam.

M. f. pulvis, cuius dosis ter in die grana decem, aucta deinde Gratiolae quantitate. Nauseam et vomitum ciet, sed in melancholia sic dicta atrabiliari haud raro optimi effectus fuit. (cf. praecipue Buchholz med. Beobachtungen et Reils Fieberlehre.)

Pulvis Gratiolae cum Hydrargyro.

(erga taeniam.)

R<sup>x</sup> Pulvis Herbae Gratiolae Scrupulos duos,

Hydrargyri muriatici mitis Grana quinque,

Asae foetidae Drachmam dimidiam,

Olei Menthae piperitae Guttas tres.

M. f. pulvis. Divid. in decem partes aequales, quarum singula omni trihorio. Erga taeniam commendatur a Dre Hargens (in Hufeland's Journal d. prakt. H.K. IX. Bd. 1, St. Jena 1809.) Simul magna aquae quantitas bibenda, cochlearia aliquot olei ricini sumenda et emplastrum aromaticum abd. mini imponendum.

Pulvis gummosus cum Liquiritia et  
Sulphure stibiato.

℞ Sacchari Lactis Unciam dimidiam,  
Gummi mimosae pulverisati,  
Pulveris Semimum Anisi,  
— Radicis Liquiritiae,  
Kali sulphurici ana Drachmas duas,  
Sulphuris stibiati aurantiaci Scrupulum.

M. f. pulvis, cuius in asthmate pituitoso hinc inde par-  
vum cochlear sumatur.

Pulvis Hydrargyri cum Camphora.

℞ Hydrargyri muriatici mitis Grana viginti  
quatuor,  
Camphorae,  
Concharum praeparatarum ana Scrup. duos.  
M. f. pulvis. Divid. in octo partes aequales, quarum  
tres ad quatuor in die sumenda. Ad incitationem acti-  
vitatis systematis lymphatici in hydrope efficax.

Pulvis Hydrargyri cum Opio.

℞ Opii Grana duo,  
Hydrargyri muriatici mitis Grana sex,  
Sacchari albi Drachman.  
M. f. pulv. Divide in sex partes aequales. Egregium  
in hac compositione remedium habemus erga inflamma-  
tiones topicas, minuta prius hypersthenia, praecipue ve-  
ro erga hepatitidem. cf. Rambach de usu mercurii  
cum opio in morbis inflammatorii. Halae 1794. Com-  
mendat hic auctor Hydrargyrum oxydulatum nigrum,  
urgente necessitate ad octo vel decem grana intra ny-  
cthemeron adhibendum. Alii e. g. Schwarzius praese-

runt Hydrargyrum muriaticum corrosivum cum opio,  
primis diebus ad tertiam, deinde vero ad quartam grani  
partam. Angli laudaverunt Hydrargyrum muriaticum mite  
vel imo frictiones cum unguento Hydrargyri cinereo.

### Pulvis Hydrargyri oxydati rubri.

℞ Hydrargyri oxydati rubri Granum unum,  
Stibii sulphurati nigri laevigati Drachmas  
duas.

M. terendo exacte f. pulvis. Divide in octo partes ae-  
quales, quarum singula mane et vespere sumenda, ita ut  
aegrotus quotidie quartam grani partem hydrargyri oxy-  
dati rubri accipiat, simulque decoctum specierum ligno-  
rum copiosius bibat. Deinde hydrargyri oxydati rubri  
dosis seusim paullulum angetur, sed secundum syphiliti-  
dis conditionem. In recenti enim morbo celerius, in in-  
veterata vero lentius augendum et progreendiendum est.  
Hoc modo adhibitum hydrargyrum oxydatum rubrum est  
remedium praestantissimum luis. conf. I. F. Berg diss.  
de hydrargyri oxydati rubri usu interno, tum ad alias  
morbos, tum potissimum ad morbos syphiliticos magnō-  
pere laudando. Francof. 1808. et Hufeland's Journal  
XXVII. Bd. 4 St. pg. 149 seq. XXIX. Bd. 1809.

### Pulvis Hydrargyri oxydulati nigri.

℞ Hydrargyri oxydulati nigri Grana tria.  
Sacchari albi Drachmam unam et dimidiam,  
Opii puri Grana duo.

M. f. pulvis. Divide in sex partes aequales. D. S. Mano  
et vespere pulvis sumendus. Evidem in omnibus af-  
fectibus syphiliticis vix unquam alio remedio mercuriali  
opus habui, sed praestantissimum ubique hydrargyri oxy-  
dulati nigri vidi effectum. Idem affirmatur in Hufe-  
land's Jurnal der prakt. Heilk. 6. Bd. 1 St. pg. 117.

Pulvis Hydrargyri stibiato-sulphurati.

R<sup>x</sup> Hydrargyri stibiato-sulphurati Grana quinque,  
Radicis Liquiritiae pulveratae Grana quindecim.

M. f. pulvis. Dispensa doses quantum placet, quarum singula omni quadrihorio sumatur in morbis syphiliticis et exanthematibus scabiosis, leprosis caet.

Pulvis Hydrargyri stibiato-sulphurati  
cum Cicuta.

(aethiopicus Hufeland.)

R<sup>x</sup> Hydrargyri stibiato-sulphurati,  
Extracti Conii maculati,  
Sacchari,  
Magnesiae carbonicae ana Drachmam.

M. f. pulvis. Dosis a granis quatuor ad sedecim propueris. Commendatur in primis ab Ill. Hufeland in morbis cutaneis infantum chronicis. Sed diutius continuatum usum exposcit.

Pulvis Hydrargyri stibiatus.

(alterans Plummeri.)

R<sup>x</sup> Hydrargyri muriatici mitis,  
Sulphuris stibiati aurantiaci ana Grana sex,  
Gummi mimosae Drachmam dimidiam,  
Sacchari albi Drachmam.

Misce diligenter f. pulvis. Divide in sex partes aequales, quarum singula (continens hydrargyri muriatici mitis granum unum) sumatur omni bi- vel trihorio. Caeterum de usu remedii alterantis Plummeri vid. quae supra pag. 102 ad Pilulas Hydrargyri muriatici mitis cum sulphure stibiato diximus.

opio,  
grani  
n mite  
reco.

i.  
im,  
chmas  
tes ae-  
, ita ut  
ri oxy-  
ligno-  
i rubri  
philiti-  
, in in-  
im est-  
tum est  
g diss.  
d alios  
magni-  
Journal

gri.

a.  
idiam,

Mano-  
bus af-  
recriali-  
ri oxy-  
Hufe-  
. 117.

Pulvis Hydrargyri stibiatus cum Hyoscyamo.

R: Hydrargyri muriatici mitis,  
Extracti Hyoscyami ana Granum unum,  
Sulphuris stibiati aurantiaci Grana tria,  
Sacchari canariensis Drachmam dimidiam.

M. f. pulvis. Dispensa Doses duodecim. S. Mane et  
vespere pulvis. In affectibus inflammatorio-asthenicis  
spasmodicis efficax. Singularem praecipue usum praes-  
tit in nyctalopia palpebrarum spasmodica. (conf. He-  
cker in Hufeland's Journal 1. Bd. 3. St. et Reil Me-  
morabilia clinica Vol. I. fasc. II, pg. 155) In hoc affectu  
tamen topico simul oculis imponenda aqua ophthalmica  
ex Hydrargyri muriatici corrosivi granis duobus, Extracti  
Opii aquosi Drachma dimidia, solutis in Aquae destilla-  
tae Rosarum Unciis quatuor, addita Mucilaginis Seminum  
Cydoniorum semuncia.

Pulvis Hydrargyri sulphurati nigri.

R: Hydrargyri sulphurati nigri Granum unum  
(usque ad decem)  
Magnesiae carbonicae grana quatuor,  
Elaeosacchari Foeniculi Drachmam dimidiam.

M. f. pulvis. Dispensa doses q. v. quarum mane et  
vespere integra vel dimidia detur in exanthematibus in-  
fantum chronicis, eorumque affectibus verminosis.

Pulvis Jalappae.

(purgans.)

R: Pulveris Radicis Jalappae Drachm. dimidiam,  
Kali sulphurici Scrupulum dimidium,  
Olei Foeniculi aetherei Guttam unam.

M. Detur adultis pro Dosi.

vel:

Rec. Radicis Jalappae,  
Tartari depurati ana Scrupulum.  
M. in pulverem. D. pro Dosi scopo laxandi.

---

### Pulvis Ipecacuanhae.

(emeticus.)

R Pulveris Radicis Ipecacuanhae,  
Sacchari albi ana Scrupulum unum.  
M. Divide in quatuor partes aequales, quarum omni horae quadrante una, donec vomitus inequitur.

vel:

Rec. Pulveris radicis Ipecacuanhae,  
Sacchari albi ana Grana quindecim,  
Sulphuris stibiat i aurantiaci Grana quinque.  
M. Divide in quatuor partes aequales, quarum omni quadrante horae una usque ad vomitum.

vel:

Rec. Pulveris radicis Ipecacuanhae,  
Sacchari albi ana Grana quindecim,  
Tartari stibiat i Granum unum.  
M. Divide in quatuor partes aequales. Usus ut prioris. — In multo minori dosi Ipecacuanha quoque ad alias fines propinatur, e. g. in incarceratione herniae, ubi Richter us (v. d. Brüchen) hanc compositionem commendat:

Rec. Pulveris radicis Ipecacuanhae Grani quartam partem,  
Sacchari albi Grana quindecim.  
M. f. pulvis. Dispensa doses q. v. S. Omni bihorio pulvis.

---

### Pulvis Iridis cum Nitro.

R Pulveris Radicis Iridis florentinae Unciam,  
Kali nitrici Drachmam,

Cetacei Drachmas duas,  
Sacchari albi Unciam.

M. f. pulvis. D. S. Ad parvum cochlear. In affectibus  
catarrhalibus egregios praestat effectus.

### Pulvis Iridis cum Scilla.

**R** Pulveris Radicis Scillae Grana quindecim,  
— — — Iridis florentinae,  
— — — Liquiritiae ana Grana decem,  
Sacchari Lactis Scrupulos duos,  
Olei Anisi Guttas tres.

M. f. pulv. Div. in tres partes aequales, quarum in ca-  
tarrho asthenico et tussi asthenica pituitosa mane et ves-  
pere una cum Infuso specierum pectoralium,

### Pulvis juniperinus.

**R** Baccarum Juniperi maturarum tostarum,  
Sacchari ana.

M. f. pulvis, (diureticus Thedenii) cuius omni bi- vel  
trihorio parvum cochlear sumetur in hydrope aliisque  
morbis, ubi diuresi opus est. — Egregium quoque ob-  
servarunt effectum Juniperi in fungo articulorum et qui-  
dam hoc modo:

Rec. Sacchari canariensis albi Unciam dimidiam,  
Olei destillati Juniperi Guttas tres.

M. f. Elaeosaccharum, adde

Salis culinaris communis Drachmam.

M. terendo f. pulvis. Divide in duodecim partes aequa-  
les, quarum tres in die sumenda. Simul epithemata ex  
decocto Rasurae Ligni Guajaci genu tumido imponenda.  
cf. Trampel in Arnemanns Magazin für die Wund-  
ärzneik. I. Bd. pag. 4–28. Hufeland in hoc affectu  
efficacem invenit hanc solutionem:

M. D.  
Ungue-  
tum in  
tern.,  
ex Cam-  
et dimi-  
Scrupul-

**R** Pul-

Pul-

Fiat pulv-  
spitze vol-  
nibus vel  
gie hanc  
dominalib-  
in Salzb.  
P. Frank-  
huijs rem-  
nach der i-  
und verme-  
J. Chr. Fr.

Rec. Extracti Dulcamarae Drachmas tres,  
 — Senegae Drachmas duas,  
 — Cicutae Drachmam unam,  
 Vini antimoniat,  
 Aquae Cinnamomi ana Unciam.

M. D. S. Quater in die 40-80 Guttae sumendae, simul  
 Unguentum Hydrargyri cinereum cum Herba Digitalis mix-  
 tum infricandum (Hufeland Bererk. über die Blat-  
 tern). Idele genu tumido inficari jussit linimentum  
 ex Camphorae Drachma, soluta in Olei Petrae Uncia una  
 et dimidia, addito Olei Cajaput et Olei Sabinae ana  
 Scrupulo uno. (Hufeland Journal XIII. Bd. 4. St.)

### Pulvis Lauri carbonicus.

R Pulveris Baccarum Lauri Uncias sex,  
 Gingantur Massa panis et coquantur in for-  
 nace, ad mitigandum saporem acrem, quo  
 facto adde  
 Pulveris Nucis moschatae,  
 — Cornu Cervi usti ana Uncias sex,  
 — Radicis Liquiritiae Uncias tringita  
 sex.

Fiat pulvis subtilissimus, cujus parva dosis (eine Messer-  
 spitze voll) bis in die detur infantibus unius anni, bien-  
 nibus vel plurium annorum vero cochlear parvum. Egre-  
 gie hanc compositionem in physconia, indurationibus ab-  
 dominalibus et rhachitide infantum laudat Dr. Gölis  
 in Salzb. med. chir. Zeitung 1812. no. 9. Prius jam III.  
 P. Frank eadem cum optimo effectu usus est. Prolixius  
 hujus remedii usum descripsit Kämpf med. Handbuch  
 nach der neuesten von C. G. Th. Kortum verbesserten  
 und vermehrten Ausgabe aus dem Lat. übersetzt von  
 J. Chr. Fr. Bährens. 1796. pag. 458.

### Pulvis Liquiritiae compositus.

(pectoralis.)

- Rx** Pulveris Radicis Liquiritiae Uncias duas cum  
dimidia,  
— Foliorum Sennae Unciam dimidiata,  
— Seminis Anisi,  
Sulphuris depurati ana Unciam.

M. Detur cochlear parvum seu Drachma una, bis terve  
per diem. Optime demulcent et tussim mitigat, in phthisi  
autem, si diarrhoeam movet, omittendus.

### Pulvis Lycopodii.

- Rx** Seminum Lycopodii Scrupulos duos.

Divide in quatuor partes aequales. D. S. Mane et ves-  
pere pulvis. Haec est dosis pro infante anni dimidio  
ubi stranguria cum successu opponitur; adultioribus plus  
detur. Conf. Hufeland Journ. 2. Bd. pag. 163. ubi  
etiam forma hujus remedii fluida laudatur:

Rec. Seminum Lycopodii Drachmas duas,  
Syrupi Althaeae Unciam unam et dimidiata,  
Aquae fontanae Uncias duas.

M. D. S. Omni bihorio cochlear dimidium.

### Pulvis Magnesiae amarus.

- Rx** Magnesiae carbonicae Unciam,  
Radicis Gentianae,  
Seminis Foeniculi ana.

M. f. pulvis, cui virtus est antacida et ventriculum  
asthenia cum irritabilitate aucta laborantem, roboran-

### Pulvis Magnesiae rhabarbarinus.

- Rx** Magnesiae carbonicae Unciam,  
Pulveris Rhei Drachmam.

M. In  
cuspido  
mentu  
Simul  
cipue,  
Elaeos  
cticus

R

M. D. S.  
ditum in  
praecip  
effectus

Rx Mo  
Pu

Car  
M. f. p  
commen  
autem h  
tollenda  
nibus, t  
nica erg  
natione  
lin de  
deficiunt  
pulveren  
Nunge  
Vogel  
Magazin

M. In majori dosi leniter evacuat, in minori vero, e. g. cuspidatim sumtus, salutare in intestina exserit irritamentum et diarrhoeae compescendae optime convenit. Simil &ido primarum viarum, hypochondriacorum praecipue, palliative optime opponitur. Convenienter additur Elaeosaccharum Anisi. Huc quoque pertinet pulvis ecphraticus Sellii, constans ex hisce:

Rec. Magnesiae carbonicae,  
Tartari depurati,  
Sulphuris depurati,  
Pulveris Rhei,

— Florum Chamomillae,  
Elaeosacchari Foeniculi ana Unciam dimidiam.

M. D. S. Aliquoties in die cochlear parvum. Hoc remedium in obstructionibus et debilitate viscerum abdominis praecipue cum plethora abdominali egregios praestare effectus, asserit Sellius med. clin.

### Pulvis Moschi compositus.

R Moschi Grana sedecim,  
Pulveris Radicis Valerianae minoris Scrupulum,

Camphorae Grana sex.

M. f. pulvis. Loco pulveris famigeratissimi tunkinensis commendatur erga hydrophobiam a Piderit. In genere autem hic pulvis adhibendus est, ubi vires nervorum extollendae sunt, in hysteria nimirum, spasmis, convulsionibus, tussi spasmodica convulsiva et ubi reactio organica erga contagia ad horum evacuationem et determinationem versus cutem sustinenda est. cf. P. F. Gmelin de pulvere tunchinensi, Tübing. 1750. — Neque deficient exempla, non penitus dubia, de sanata per pulverem sic dictum tunkinensem hydrophobia e. g. Chr. Nungent an Essai on the hydrophobia Lond. 1753. Vogel neue med. Bibl. 1 Bd. pg. 161. Baldinger. Magazin VII. Bd. 1. St.

### Pulvis Moschi opiatuſ.

R. Opii Grana quatuor,  
Moschi Grana triginta duo,  
Sacchari albi Drachmam.

M. f. pulvis. Divide in duodecim partes aequales. Omni hora vel saepius dosis una. Efficax antispasmodicum, praecipue in typho erga spasmos et dolores symptomaticos adhibendum.

### Pulvis Myrrhae composituſ.

(emmienagogus Fulleri.)

R. Boracis Grana quindecim,  
Myrrhae Grana duodecim,  
Croci Grana tria,  
Olei Caryophyllorum Guttam unam.  
M. f. pulv. Emmenagogum validum; Idem efficit  
Rec. Myrrhae,  
Herbae Sabinae ana Grana quinque,  
Croci Grana tria,  
Castorei Grana duo,  
Olei Succini Guttam unam.  
M. f. pulvis. — (conf. et Saccharum Myrrhae.)

### Pulvis nitrosuſ.

R. Kali nitrici,  
Concharum praeparatarum ana Scrupulum  
dimidium.

Antiphlogisticum est, cuius si opus fuerit omni biorio talis dosis sumenda. Eundem effectum praestat quoque pulvis temperans Pharmacopoeiae borussicae ex Kali nitrico et sulphurico.

Pulvis Nucis vomicae.

℞ Pulveris Nucis vomicae Grana tria,  
Gummi Mimosae,

Sacchari albi Scrupulum dimidium.

M. f. pulvis. Dentur Doses q. l. quarum tres in die laudantur ad curam dysenteriae in Hufeland's Journal I. Bd. — Opponitur quoque Nux vomica in paulo majori dosi vermisbus intestinalibus.

Pulvis Phellandrii aquatichi.

℞ Pulveris Semintum Phellandrii aquat. Gra-  
na quinque,

Sacchari lactis Grana decem,

Kali nitrici Grana sex,

Gummi Mimosae Grana octo.

M. f. pulvis. S. Ter in die tales doses. Augetur deinde dose Phellandrii ita ut post aliquot septimanas quindecim grana sumat aegrotus. cf. de Phellandrii usu antiphthisico M. Herz in Hufeland's practischem Journal II. Bd. 1 St.

Pulvis quercinus compositus.

℞ Corticis Quercus tenerioris Scrupulum,  
Radicis Calami aromatici,  
— Gentianae rubrae ana Grana quin-  
que,

M. f. pulvis. Dispende Doses quantum placet, quarum si loco Corticis Chinae erga febrem intermittentem adhibetur hoc remedium, omni bihorio vel saepius adhuc singula sumatur.

Omni-  
ficium;  
stoma-

t

pulum

1.

bihorío

quoque

Kali ni-

tricis

us

ad-

huc

sum-

atur.

Pulvis Rubiae Tinctorum cum Spongia  
usta.

R Pulveris Rubiae Tinctorum Scrupulum unum,  
— Rhei,  
Lapidis Spongiae marinae ustae ana Scrupu-  
lum dimidium,

M. D. pro dosi.

Inter omnia remedia erga strumam carbo spongiae praes-  
tantissimum est addito simul usu externo Emplastri Ci-  
cutae et Meliloti.

vel:

Rec. Pulveris radicis rubiae tinctorum Scrupulum,  
Spongiae marinae ustae Scrupulum dimidium.  
M. D. pro dosi. In rhachitide multum laudatur. Evidem-  
Decocutum ex Radicibus Rubiae tinctorum, Corticum Auran-  
tiorum ana Drachmis duabus et Kali carbonici Drachma-  
eum Aquae Unciis octo ad colaturam Unciarum sex, coch-  
leatum sumendum, in rhachitide efficacissimum inveni-  
adjuncta simul diaeta incitante et roborante. conf. De-  
coctum Spongiae ustae.

Pulvis Saponis compositus.

R Pulveris Saponis medicati Grana decem ad  
viginti,  
— Magnesiae carbonicae,  
— Sacchari albi,  
— Rhei ana Drachmam dimidiam.

M. f. pulvis, cuius omni bi- vel trihorio pisi magnitu-  
dinis sumendum.

vel:

Rec. Fellis tauri inspissati Granum unum,  
Saponis medicati,  
Radicis Ari ana Grana tria.

M. f. pulv. D. pro dosi, cuius singula hinc inde per dieu-  
administranda. Est pulvis eckoproticus pro infantib[us]

neonatis, quem ad solvendas eorundem obstructions p<sup>re</sup>alii commendat Rosenstein, Starke et Jahn, (Kinderkrankh. pag. 117. 153.)

### Pulvis salinus stibiatus,

(relaxans.)

R Kali tartarici Drachmas tres,  
Tartari stibiati Drachmam unam.

M. Sub nomine pulveris relaxantis, varia dosi, sed semper usque ad emesin et evacuationem alvinam, maniacis porrigitur cum effectu egregio in Nosocomio charitatis Berolinensi. cf. Hufeland's Journal der prakt. Heilk. XIV. Bd. 1. St. pg. 184.

### Pulvis Seminis Santonici.

R Seminis Santonici Grana decem (ad viginti)  
Hydrargyri muriatici mitis Grana quinque  
(ad decem).

M. f. pulvis. Anthelminticum infantibus adultioribus pluries vespere sumendum. Jahn l. c. pag. 470.

vel:

Rec. Seminis Santonici Grana decem ad viginti,  
Zinci oxydatis albi Granum unum (ad Grana tria.)

Eodem modo sumendus,

vel:

Rec. Pulveris Seminis Santonici,  
— Radicis Rhei,

Hydrargyri muriatici mitis ana Grana sex,  
Olei Cinnamomi Guttas duas.

M. f. pulvis (anthelminticus) mane sumendus,

vel:

Rec. Seminis Santonici,  
Extracti Tanaceti ana Grana sex,

Ferri limati subtilissimi Grana quatuor,  
Olei Valerianae Guttam unam.

M. S. Aliquot pulveres quotidie,

vel:

Rec. Seminis Santonici Grana quindecim,  
Radicis Rhei Grana duodecim,  
Aloes Grana sex,  
Hydrargyri muriatici mitis Grana tria,  
Radicis Ipecacuanhae Granum unum.

M. F. Pulvis. Divide in tres partes aequales. S. Infantii  
trienni una pars mane sumenda (Andry), Anthelminti-  
cum efficax, sed mali saporis,

vel:

Rec. Seminis Santonici Unciam dimidiam,  
Extracti Corticis Chinæ,  
Ferri sulphurici ana Scrupulum.

M. f. pulvis. Divide in sedecim partes aequales, qua-  
rum mane et vespere singula sumenda. (est pulvis an-  
thelminticus Sellii.)

### Pulvis Scillæ compositus,

(diureticus.)

R Pulveris Radicis Scillæ Grana duo,  
— Baccarum Juniperi siccatarum Gra-  
na octodecim.

Misceantur. Pro dosi. Diureticus est et antihydropic-  
cus. Praferendus hinc inde pulvis Scillæ cum Natrœ  
acetico Pharmacopoeæ Castrensis Borussicae, compositus  
ex hisce:

Rec. Natri acetici leniter exsiccati,  
Elaeosacchari Juniperi ana Drachmas tres,  
Radicis Scillæ siccatae pulveratae Grana sex,  
— Calami pulverat. Drachmam dimidiam,  
Opii puri Grana tria.

Misce, divide in sex partes aequales. Dentur per diem  
doses tres cum Infuso Baccarum Juniperi.

vel:

Rec. Hydargyri muriatici mitis Granum unum et  
dimidium,

Radicis Scillae,

Foliorum Digitalis purpureae ana Grana unum,

Opii puri Granum dimidium,

Elaeosacchari Foeniculi Scrupulum.

M. f. pulvis. Dispende doses sex. D. S. Ter ad quater  
in die pulvis, infantibus vero tertiam ad quartam ejus-  
dem partem.

vel:

Rec. Sulphuris praecipitati Grana sex,

Radicis Scillae Grana duo,

Corticis Winterani Grana octo,

Sacchari albi Scrupulum.

M. f. pulvis. Dispende doses, quantum lubet, quarum  
tres in die sumantur. — Laudantur hae compositiones  
praecipue in affectibus oedematosis, hydropicis, quae  
scariatinam sequuntur, ab Hufeland in System der  
Prakt. Heilkunde II. B. 2te Abth. Optime in Pharmaco-  
poea Eslimburgensi Pulveri Scillae semper adduntur Pi-  
peris Jamaicensis grana quinque.

vel:

Rec. Kali nitrici,

Tartari depurati ana Scrupulum dimidium,

Radicis Scillae Granum unum,

M. D. pro dosi. Diureticum in hydrope efficax, quod  
vero non semper ab organis digestionis satis perficitur,  
sed quandoque, in initio saltem, vomitum ciet, ideo ta-  
men non statim omittendus est. — Helmontius,  
Stahlius et Piderit in asthmate, tam humido, quam  
spastico, in catarrho suffocativo, in affectibus cachecticis,  
in obstructionibus viscerum et inde ortis morbis leuco-  
phlegmaticis et hydropicis summopere laudant composi-  
tionem ex Rad. Scillae Drachma, Rad. Vincetoxicii Drach-  
mis sex, et Kali nitrici Uncia, cuius in principio, na-  
tuor nimirum ad sex, auctis deinde dosibus usque ad

Scrupulum. Quando ventriculum Scillae pulvis nimium  
irritet, Camphoram addendam esse.

vel:

Rec. Pulveris Radicis Scillae,  
Piperis nigri,  
Kali nitrici ana Grana decem,  
Pulveris Radicis Ipecacuanhae Grana quinque,  
Opii Grana duo,  
Sacchari Drachmam.

M. f. pulvis. Divid. in sex partes aequales, omni tri-  
horio ex cochleari Aquae Menthae sumendas. Tanquam  
validum antihydropicum laudatur a Fordyce (fragmen-  
ta chirurgica et medica, Lond. 1784.)

vel:

Rec. Radicis Scillae Granum,  
— Senegae,  
Acidi tartarici ana Grana decem,  
Olei destillati Baccarum Juniperi Guttam.  
M. D. pro dosi ter quaterve per diem.

vel:

Rec. Radicis Scillae Granum usque ad Grana duo,  
Herbae Digitalis purpureae Granum,  
Tartari depurati Scrupulum.

M. f. pulvis pro dosi ter quaterve in die sumendus, effi-  
caciissimum antihydropicum sed saepius vomitum movens.

vel:

Rec. Pulveris Radicis Scillae,  
— Ammonii muriatici martiati ana Gra-  
num,  
— Elaeosacchari Cinnamomi Grana de-  
cem.

M. In asthmate pituitoso, obstructione glandularum mesa-  
raicarum, oedemate accidente, rachitide incipiente, immo  
in ipso hydrope ascite praestans remedium invenit Wendt  
(Formulae medicamentorum Inst. clinici Erlangensis 1807.)  
simulque monet, in initio Scillae doses majores esse  
debere, quam Ammonii martiati, usque dum urinas copio-

sius fluant, quo facto Ammonium muriaticum martiatum  
largiori copia detur, Scilla autem minuatur.

### Pulvis Sennae cum Sulphure.

R Pulveris Foliorum Sennae,  
Sulphuris depurati ana Drachmam unam et  
dimidiam,  
Pulveris Seminum Foeniculi,  
— Radicis Liquiritiae,  
Sacchari Lactis ana Drachmam.

M. f. pulvis in tussi proficuus ad parvum cochlear su-  
mendus.

### Pulvis Sennae et Aurantiorum.

R Foliorum Sennae Unciam dimidiam,  
Flavedinis Corticum Aurantiorum,  
Semin. Carvi siccata ana Drachmas duas,  
Sacchari albi Drachmas sex.

M. f. pulvis. Dosis ad cochlear parvum totidem in die,  
ut alvus laxa sequatur. In hydrope haud raro egregium  
inde effectum vidit Kausch med. und chirurg. Erfah-  
rungen in Briefen. Leipz. 1798.

### Pulvis Stanni martiatus.

R Stanni subtilissime pulverati Drachmas duas,  
Ferri sulphurici Grana quinque.  
M. Divide in octo partes aequales. D. S. Omni biho-  
rio pulvis. Vires Stanni anthelminticas, antitaeniosas  
praeципue, complures medici anglici laudaverunt, quorum  
testimonia confirmata vide in Marx med. Beobacht,

### Pulvis stibiatus.

℞ Sulphuris stibiati aurantiaci Granum unum,  
Pulveris Liquiritiae Grana decem.

M. D. pro dosi. Efficax antirheumaticum, cf. Fowler  
Bemerkungen über die Kur des Rheumatismus. Breslau  
1795. — Sed infantibus et ventriculi debilitate laboran-  
tibus Granum unum Sulphuris stibiati jam vomitum  
movet,

vel:

Rec. Stibii sulphurati nigri laevigati,  
Magnesiac carbonicae ana Drachmam,  
Flavedinis Corticum Aurantiorum Drachmam  
dimidiam.

M. f. pulvis. Divide in decem partes aequales, quarum  
in rheumatismo, vernis intestinalibus, exanthematibus  
chronicis caet. omni quadrihorio singula sumenda. Loco  
Corticium Aurantiorum et Cinnamomum vel aliud aroma  
addere licet.

Famigeratissimus est pulvis Janies et egregie lan-  
datur a medicis anglicis, tanquam antipyreticum et su-  
doriferum egregium, cuius ope febribus malignis, imo  
febri flavae americanae medeatur, conf. e. g. Jackson  
Gesch. und Heilart des endem. und ansteckenden Fie-  
bers. Stuttgart 1804. Componitur autem ex acido phos-  
phorico, Calce Antimonii et Terra calcarea, v. Pearson  
tractatus societati regiae britannicae praelectus in Has-  
senfratz Annales de Chimie. Tom. XI. pag. 36. et  
Crell's Annalen der Chemie 1796. pg. 48.

### Pulvis stibiato - opiatuſ.

(theumaticus anodynus.)

℞ Opii puri Grana quatuor,  
Tartari stibiati Grana duo,  
Radicis Valerianae minoris Drachmas duas.

M. f. pulvis. Divide in sex partes aequales, quarum omni trihorio singula sumenda. In rheumatismo asthenico optimi effectus.

### Pulvis ex Sulphure stibiato.

(febrifugus Unzeri.)

- ℞ Sulphuris stibiati aurantiaci,
- Kali sulphurici,
- Concharum praeparatarum ana Drachmam dimidiam.

M. Divid. in quatuor partes aequales. — Unzerus,, qui hoc medicamentum ceu efficax febrifugum laudat, intra apyrexiam febris intermittentis duos istorum pulverum, imo in febre pertinaci, quartana e. g. omnes quatuor sumi jussit (der Arzt 12. Bd.) — Verum si unquam hac methodo febris profligetur, id nonnisi eo fieri, quod alias anceps et difficilis, in tubo intestinali concitetur morbus, recte jam monuerunt von Hoven (Versuch über die Wechselfieber eter Thl. pg. 50) et Reilius (Fieberlehre II. pg. 176.)

### Pulvis sulphuratus;

(antiscabiosus.)

- ℞ Sulphuris depurati,
- Radicis Liquiritiae ana Drachmas sex,
- Camphorae Drachmam dimidiam.

Misce. Detur Drachma dimidia bis per diem. In scabie caeterisque morbis impetiginosis chronicis optimi indubie effectus.

### Pulvis sulphuratus cum Myrrha.

- ℞ Sulphuris praecipitati Grana quinque,
- Myrrhae electae Grana tria,

Extracti Hyoscyami Granum dimidium,  
Magnesiae carbonicae,  
Gummi Mimosae,  
Sacchari rosati ana Grana quinque.

M. f. pulvis. D. Doses q. l. S. Omni bihorio pulvis. In affectibus pectoris chronicis, praecipue ex malo haemorrhoidaliam pendentibus efficax remedium. (Marcus Recepttaschenbuch). conf. Saccharum Myrrhae.

### Pulvis Tanaceti.

(anthelminticus.)

¶ Seminum Tanaceti Grana sex,  
Ferri sulphurici Grana tria,

Radicis Jalappae Drachmam dimidiam.

M. f. pulvis, quem matutino tempore, si, vermes adesse, evictum est, cum aqua sumere suadet Wendt (Formulae medicamentorum Instituti clinici Erlangensis. 1807).

### Pulvis terebinthinatus.

(erga Taeniam Goetzii.)

¶ Olei Terebinthinae Scrupulum,

Liquoris pyro-tartarici Grana decem,

Sacchari albi q. s. ut fiat Elaeosaccharum,  
pro una dosi.

M. Horum pulverum quotidie tres sumantur cum aqua frigida et postea purgans ex Gummi Guttae. Laudatur tanquam efficax remedium erga taeniam a Cel. Goetz in egregio de vermis intestinalibus libro. — Melius forsitan huic Elaeosaccharo statim admiseretur radix Jalappae.

### Pulvis cum Thure.

(adstringens.)

#### ℞ Pulveris Thuris,

— Corticum Aurantiorum ana Grana  
decem.

— Corticis Quercus Grana quinque.

M. Repetantur tales doses omni trihorio et superbibatur Decocum Corticis peruviani, adhibitis simul injectionibus ex Decocco Quercus. Laudatur ab experientissimo Heberden Commentarien übers. von Niemann pag. 182. tanquam optimum remedium in Leucorrhœa.

### Pulvis Valerianae.

#### ℞ Radicis Valerianae minoris recenter pulv- ratae Drachmas duas,

Cassiae cinnamomeae pulveratae Scrupulum,  
Elaeosacchari Valerianae Drachmam unam  
et dimidiam.

Misce. Divide in decem partes aequales. S. Omni bishorio pulvis. Egregius est compescendis spasmis, præcipue ex causa verminosa. — Famam adeptus est pulvis epilepticus Bickeri ex Radice Valerianae min. et Foliis Aurantiorum ana.

vel:

Rec. Radicis Valerianae minoris Drachmam dimidi-  
am,

Magnesiae carbonicae,

Ammonii muriatici ana Grana tria,

Olei Cajaput Guttas duas.

Quater in die cochlear parvum. Remedium antiepilepticum arcano Raghului proximum. v. Feuerstein  
Diss. de epilepsia. Goetting. 1771.

### Pulvis Valeriana cum Jalappa.

(anthelminticus)

**R** Radicis Valerian. min. Drachmas duas,  
— Jalappae,  
Hydrargyri sulphurati nigri ana Drach-  
mam unam.

M. f. pulvis. D. hinc inde ad cochlear parvum.

### Pulvis Valeriana cum Iride.

(leniens pro infantibus)

**R** Radicis Valerian. sylv. Drachmam unam,  
— Ireos Florent. Drachmam unam et  
dimidiam,  
— Liquirit. Drachmas duas,  
Sem. Anisi Drachm. dimidiam,  
Croci optimi Grana octo,  
Magnesiae carbonicae Drachmam unam.

M. f. pulv. D. S. Quantum cultri acumine excipi pot-  
est bis, ter vel pluries in die. Commendatur in affecti-  
bus spasticiis et colicis infantum ab Ill. Hufeland in  
prakt. Journal 9ter Bd. 1. St. pg. 179.

### Pulvis Uvae Ursi.

**R** Herbae Uvae Ursi Scrupulum,  
Elaeosacchari Foeniculi Grana quinque.  
M. f. pulv. Dispens. doses duodecim, quarum tres ad  
quatuor in die. Diureticum.

### Pulvis Visci Querni compositus.

**R** Visci Querni,  
Radicis Paeoniae,

Rad

Lig

Lap

Suc

Carl

M. f. pu-  
tio pul-  
 quam ex-  
 prakt. Jo-  
 dum prin-  
 menti rei  
 acido pri-  
 in dosi a  
 remedium  
 pilepti  
 poeam pa-  
 sitiosas p-  
 copoea E-  
 tibus:

Rec.

M. f. pulv.  
Guttas tri-

R Zinci  
di Sacch  
M. divid  
infantum  
morborum  
land von

Radicis Dictamni albi ana Drachmas duas,  
et dimidiā,

Ligni Aloes,

Lapidum Cancrorum praeparat. ana Drach-  
mam,

Succini albi Drachmam dimidiā,

Carbonis puri Drachmas duas.

M. f. pulvis subtilissimus. — Haec est mutata composi-  
tio pulveris epileptici nigri, olim celebratissimi  
quam expertus commendat Struvius in Hufeland's  
prakt. Journal XIV. Bd. 4. St. pg. 122. Carbo secun-  
dum principia Chemicorum recentiora magni utique mo-  
menti remedium praebet. Infantibus, qui spasmis ex  
acido primarum viarum ortis laborant, optime constituit  
in dosi a quatuor ad octo grana. — Convénit cum hoc  
remedium olim celebratissimum pulvis sic dictus ante-  
pilepticus de Guttē, a i. qui secundum pharmaco-  
poeam parisiensem complura remedia inutilia immo superi-  
stiosā praebuit, secundum emendationem in Pharma-  
copoea Edinburgensi vero ex hisce constat ingredienti-  
bus:

Rec. Radicis Cassumuniarum, Dictamni albi, Pae-  
niae, Visci querne ana Unciam dimidiā,

Castorei, Lapidem cancerorum ana Drach-  
mas duas, Radicis Valeriana min. Unciam

M. f. pulvis, adde Olei desilliati Rutaē Saccharo excepti  
Guttas triginti.

### Pulvis Zinci oxydati albi.

Zinci oxydati albi Grana duodecim, vīnq. 3. M.  
Sacchari albi Drachmam.

M. Divide in sex partes aequales. Pulveris hujus, in  
infantum praecipue morbis spasmodicis, convulsionibus  
morborum exanthematicorum symptomaticis, (cf. Hufe-  
land von den Blättern) et tussi convulsiva (Buch-

M

holz) omni mane et vespere singula pars cum magno  
fructu propinatur.

vel:

Rec. Zinci oxydati albi Granum,  
Tincturae Opii crocatae Guttam,  
Sacchari albi Scrupulum.

M. f. pulv. Dispende doses q. v. quarum omni trihori  
rio una, vel ab infantibus junioribus dimidia sumatur.  
Incitans antispasmodicum, praecipue spasmo cutaneo ob-  
stans, hinc in variolis asthenicis, eruptionem recusanti-  
bus efficax. conf. Hufeland von den Blattern et Ej.  
System der prakt. Heilk. II. Bd. 2te Abth.

vel:

Rec. Zinci oxydati albi Drachmam unam,  
Opii Grana decem,  
Corticis peruviani,  
Semimum foeniculi ana Unciam unam.

M. f. pulvis. Divide in quinquaginta partes aequales.  
D. S. Omni bihorio pulvis. Singularem adepta est lau-  
dem inter medicos haec compositio Zinci oxydati cum  
Opio et Cortice peruviano in tussi convulsiva.

### Pulvis Zinci cum Scilla.

Ex Zinci oxydati albi Grana tria,  
Pulveris radicis Scillae,  
Sulphuris stibiati aurantiaci ana Granum unum  
et dimidium,

Magnesiae carbonicae Drachmam.

M. f. pulvis. Divide in sex partes aequales. D. S. Omni  
bihorio pulvis sumendus. Apprime commendantur in asth-  
mate rheumatico-spastico in Krebs medic. Beobacht.  
II. Bd. 3. Heft 1789.

**Remedium antitaeniosum (Beckii ar-  
chiatri petropolitani.)**

℞ Hydrargyri muriatice mitis Scrupulum unum,  
Cornu Cervi usci præparati,  
Cinnabaris stibiati ana Grana decem.

M. f pulvis subtiliss. sumendus hora quarta vel quinta  
pomeridiana. Vespere superbibantur Olei amygdalarum  
dulc. Unciae duae. Insequenti die mane jejune sumatur  
unus ex hisce pulvribus in Syrupo quodam.

Rec. Pulveris radicis filicis Drachmam unam,

— Jalappae,

— Gummi Guttae,

— Cardui benedicti,

Eboris usci nigri ana Drachmam dimidiam.

M. f. pulvis subtilissimus. Divide in tres partes aequales. — Nisi ejiciatur taenia una dosi, post biborium altera dosis et sic porro tertia sumenda est. cf. Petersburger Zeitung 1803. no. 25 Beilage zum Reichsanzeig.  
n. 124. 1803. 12. Mai.

**Remedium antitaeniosum.**

(auctore Bourdier, medico Parisiensi.)

Mane ante jentaculum sumatur aetheris sulphurici  
drachma in vitro decocti concentrati radicis filicis; post  
horam mixtura ex duabus unciosis olei ricini cum syrupo  
quodam. Simul enemata ex decocto radicis filicis adhi-  
beantur omniaque remedia, si taenia non semel expulsa  
fuerit, altera die repetantur.

**Remedium antitaeniosum (Clossii.)**

Curationis initium fecit Clossius cum sequenti re-  
medio, ut taeniae praesentiam detegeret:

Rec. Terebinthinae venetae Drachmam, solve cum  
Vitelli ovorum q. s. adde

Aqua Menthae piperitae Uncias quatuor,

M 2

Per aliquot tempus cochleatum sumendum. — Probata  
dein praesentia taeniae per motum vel secessum aliquot  
ejusdem membrorum, aegrotum per quatuor septimanas  
nonnisi carne salito, caseo, halecibus et ejusmodi cibis  
multoque simul vino vesci jussit. Quo facto ex hydrar-  
gyri muriatici mitis Granis duodecim, Lapidum Cancri  
Scrupulo et Opii Grano uno pulverem ante coenam et  
post eandem Olei Amygdalarum dulcium expressi coch-  
learia duo, postridie vero hoc remedium sumi jussit:

Rec. Gummi Guttae Grana triginta sex,  
Pulveris Herbae Cardui benedicti,  
— Radicis Angelicae ana Grana duode-  
cim.

M. f. pulvis. Divide in tres partes aequales, quarum  
una mane sumatur. Haec plerumque jan bis vomitum  
creat et totidem excretiones alvinas. Post singulos vo-  
mitus sorbitatur vasculum Theae vel Infusi Herbae Car-  
dui benedicti, Bihorium postquam prima dosis sumta  
est, examinantur excrements. Si nondum expulsa est  
Taenia, alter pulvis eadem methodo sumitur. Si ne-  
hic Taeniam expulit, post duas horas cum dimidia ter-  
tius sumitur, taeniam certissime expulsurus. Hac me-  
thodo remedium plerumque praescripserunt. Sed nimis  
violenter agunt doses tam fortes Gummi Guttae in tam  
parva proportione remediorum additorum, quare alii  
(e. g. Lentini in Beitr. zur ausüb. A. W. Supplementb.  
herausgegeb. von Sachse. Leipz. 1808. pg. 152.) Ca-  
dum benedictum, Angelicam et pulverem epilepticum  
singulas ad Drachmam dimidiad augere suaserunt.

### Remedium antitaeniosum (Herrn- schwand.)

Sumat aegrotus per biduum mane et vespere pulve-  
ris Radicis Polypodii Drachmam et tertio die:

Rec. Gummi Guttae Grana duodecim,  
Kali carbonici Scrupulum,  
Saponis Starkeyani Grana duo.

M. f.  
Theae  
Olei P  
tis:

Re

Hoe  
sui: Ti  
Pg. 44  
eo acc  
Vogel  
pag. 65  
Guttae,  
jus An  
se a Z  
contine  
Grana  
sumend  
Grana e

Rem  
Ex Lin  
Pul

Sali  
M. f. g.  
sis per e  
cochlear  
matur o  
Rec.

Probata aliquot timanas di cibis hydrar-  
Cancri enam et si coct-  
issit: q  
duode-  
quarum vomitum ulos vor-  
bae Car-  
is sumta pulsa est.  
Si nec  
idia ter-  
Hac me-  
ed nimis  
e in tam  
dare alii  
lementa,  
Car-  
ilepticum  
ant.  
re pulve-  
re 2000  
DFG

M. f. pulvis D. S. Mane ante jentaculum cum Infuso Theae sumendus et trihorio postea aliquot cochlearia Olei Ricini. Addere quoque licet usum hujus enematis:

Rec. Aquae fontanae,  
Lactis vaccini ana Uncias sex,  
Olei Ricini Uncias tres. M. D.

Hoc modo ipse Herrnschwand (in versione libri sui: *Traité des maladies les plus fréquentes*. Bern 1738. pg. 444.) remedium suum descripsit. — Alii alias ab eo accepisse ejusdem formulam testantur. Ita R. A. Vogel Goettingensis (prael. de cogn. et cur. h. morb. pag. 652) Herrnschwandum sibi nominasse Gummi Guttæ, Sal Absinthii et Carbonem Fraxini asserit et Gajus Andreæ in Diss. de Taenia, Groening. 1769, ait, se a Zimmermano edoctum esse, remedium illud continere Radicis Filicis, Gummi Guttæ a 5 ad 12 Grana et Gratiolae a 1 ad 5 Grana, et die ante usum sumendam esse Diagrydii sulphurati et Calomel, ana Grana decem,

### Remedium antitaeniosum (Matthieu.).

Rec. Limatura Stanni anglici puri Unciam,  
Pulveris Radicis Filicis maris Drachmas sex,  
— Seminis Cinae Unciam dimidiam,  
— Radicis Jalappae,  
Salis polychresti ana Drachmam.

M. f. g. Mellis communis s. q. Electuarium, cujus dosis per duo vel tres dies continuanda, sit omni bishorio cochlear parvum. Deficiente hujus remedii effectu, sumatur omni bishorio parvum cochlear hujus pulveris:

Rec. Pulveris Radicis Jalappae,  
Salis polychresti ana Scrupulos duos,  
Scammonii Scrupulum,  
Gummi Guttæ Grana decem,

donec Taenia secedat, et si haec non sufficient, aliquot cochlearia Olei Ricini vel Enemata ex eodem remedio.  
v. Formey mediz. Ephemerid. 1. Bd. 2. St. pg. 113-115.

### Remedium antitaeniosum (Nouffert)

Aegrotus vespere comedat ius ex aquae Libra una et dimidia, panis Unciis duabus et butyri Unciis duabus ad tres, et Enema sumat. Postridie mane hauriat Drachmas duas ad tres pulveris Radicis Filicis in Aquae destillatae Filicis Unciis sex et bihorio post laxans ex Hydargyri muriatici mitis, Scammonii ana Granis decem et Gummi Guttae Granis sex ad octo, quod si absque effectu fuerit, superbibatur solutio Salis Sedicensis sive Epsamensis.

Verum in genere, quoad omnia haec remedia anti-taeniosa, monendum est, plurima eorum esse drastica fortiora, hinc provide et summa cum circumspectione adhibenda esse, ubi virium debilitatio magis timenda sit, quam ipse morbus, qui secundum meas observationes longiore roborantium, praecipue pulveris Chineae et Filicis, usu optime sanatur.

### Remedium alcalinum.

(anticalculosum Steffens.)

Notissimum Dominae Steffens, arcanum erga calculum urinae constat ex testis ovorum et limacibus domi portis pulverisatis, decocto ex herba Chenopodii ambrosioides, floribus Chamomillae, foliis Foeniculi et Petroselini cum aquae sufficiente quantitate et hisce pilulis:

Rec. Domi portorum calcinorum,  
Seminum Pastinaca sylvestris,  
— Lapathi majoris,  
— Fraxini.  
— Rubi Idaei,  
— Oxyacanthi ana.

Omnium prius calcinatorum fiat pulvis, cuius cochleari uno adde Saponis veneti et Mellis quantum sufficit, ut fiant pilulae, decem ad quindecim omni bihorio sumenda (v. Schulze Diss. de lithontriptico nuper in Britannia publici juris facto. Halae 1739) Alii merito substituerunt usum Scrupuli unius Testarum calcinatarum ovi ter in die cum Vino gallico, simulque Saponis medicati Unciarum trium in Aquae Unciis octo solutarum.

### Remedium antidiabeticum Redfearn.

Postquam egregiis observationibus Rolloi et Fourroyi probatum fuerit, diabeten mellitum in excretione lymphae saccharigerae oxydatae versari et remediiis kalinis optime sanari, medici optimo cum effectu methodum a viris istis propositum amplexi sunt. Inter eos Redfearn hisce remediius usus est,

Rec. Pulveris Chiae rubrae Unciam unam,

Aluminis usi Drachmas tres,

Kali carbonici Drachmas duas,

Petrolei sulphurati q. s. ad Electuarium, cuius dosis sit ter in die ad Nucis moschatae magnitudinem. Simil in die Calcariam sulphuratam in aqua et vespere sequentem potionem et quatuor ex pilulis sumi iussit:

Rec. Aquae calcariae ustae Uncias sedecim,

Kali sulphurat. Drachmas tres. F. Mixture.

Rec. Natri sulphurici Drachmam unam,

Sapon. med. Scrupulos quatuor,

Mucilag. Gummi mimosae q. s. m. f. pil. xxx.

(The med. Journal, Lond. 1799.) Equidem egregium vidi effectum in diabete mellito ab usu solutionis Kalinae cum Alumine et potu ordinario ex Decotto Cornu Cervi cum aqua, prohibitis simul omnibus cibis et potibus a regno vegetabili.

### Remedium antiphthisicum Adairi.

**R** Cupri sulphurici Grana decem,  
solve in

Aquaæ tepidae Uncis quinque,  
adde

Acidi sulphurici diluti Guttas decem.

F. Julepum. S. Alterno vespere Uncia semis hujus jula-  
pii cum modo dimidio aquae tepidae sumenda, donec  
vomitus insequitur et post decem dies haec pilulae:

Rec. Pulv. Folior. Cicutæ recenter siccatae Drach-  
mas duas,

Mucilaginis Gummi mimosæ spissioris q. s. f.  
pil. n. 3°.

S. Omni mane et vespere pilula et omni quarto die  
duae pilulae. Hac methodo phthisicum plane se resti-  
tuisse affirmat A. Duncan med. commentaries for the  
year 1792. Vol. VII. Edinb. 1793. cf. Richters chirurg.  
Bibliothek 15ter Bd. 1796. pg. 115.

### Saccharum Myrrhae.

**R** Extracti Myrrhae Drachmas duas,  
Sacchari Lactis Drachmas sex.

M. f. pulvis, cuius dosis ter in die cochlear parvum et  
usus postissimum in statu laxo et pituitoso pulmonum  
absque inflammatione, in atonia ventriculi, medorrhœa  
muliebri, et colluvie verminosa,

vel:

**R** Myrrhae electae Grana duo,  
Sulphuris depurati Grana quinque,  
Sacchari albi Grana decem.

M. f. pulvis. Dentur tales doses q. l. S. Omni bihorlo  
pulvis.

**R** Extracti Myrrhae aquosi Granum unum et  
dimidium,

— Opii Granum dimidium,

Sacchari albi Grana decem.

M. f. pulvis. Dentur doses q. l. S. Omni bihorio pulvis,  
vel:

**R** Extracti Myrrhae aquosi Grana duo (ad qua-  
tuor),

— Digitalis purpureae,

— Hyoscyami ana Granum dimidium,  
Sacchari Lactis Grana decem.

M. f. pulvis. Dentur doses q. l. S. Omni trihorio pulvis.  
In affectibus pectoris chronicis et praecipue in pluthisi pi-  
tuitosa hasce Myrrhae compositiones laudat Marcus  
(Recepttaschenbuch).

### Saturatio.

**R** Kali tartarici Drachmas duas,  
saturentur cum

Succi citri (s. aceti vini)

q. s. adde

Aquae fontanae Uncias quatuor,

Syrupi Succi Citri Unciam dimidiam.

D. S. Omni hora vasculum dimidium. Antiphlogisti-  
cum, in hypersplenii crises per sudorem et urinam  
optime promovens,

vel:

**R** Kali carbonici Drachmas duas,

Aceti Vini q. s. ad saturationem,

Aquae fontanae Uncias quatuor,

Syrupi Rubi Idaei Uncias duas,

Dosis omni bihorio vasculum dimidium.

### Saturatio aromatica.

**R** Kali carbonici Drachmas duas,

Aceti aromatici,

q. s. ad saturationem,

Aquae Cinnamomi Unciam,

Vini gallici generosi Uncias quatuor.

**M. D. S.** Omni hora cochlear. Incitat, in typho aliisque morbis asthenicis, promovendis praecipue functionibus organi cutis efficax.

vel:

**R** Kali carbonici Drachmas duas,

saturentur cum

Aceti aromatici s. q.

adde

Vini gallici opt. Uncias sex.

**D. S.** Omni bihorio, vel, si opus est, saepius, cochleum, Merito laudatur a Sellio in typho aliisque morbis asthenicis, ubi diaphoresi et incitatione cutis specifica opus est.

### Saturatio hyperoxygenata.

**R** Kali carbonici q. v.

saturentur cum

Acidi Salis oxygenati s. q.

Hujus remedii grana tria ad sex quater in die tanquam efficacissimum antiscorbuticum laudat Garnett conf. Samml. auserles. Abh. f. pract. Aerzte VII. Bds. 4tes St. Leipzig. 1799. — Egregios quoque in scorbuto effectus vidit Paterson a solutione quatuor Unciarum Nitri in Aceti Mensura una (Edimb. Commentarien übersetzt von Diel III. Bd. 1. St.); certissimo argumento scorbutum potissimum ex desoxydatione corporis humani originem ducere, et oxygenio sanari.

### Sapo terebinthinatus.

R Terebinthinae Unciam unam,  
 Olei Terebinthinae Unciam dimidiā,  
 — Amygdalarum dulcium,  
 Kali carbonici vel Lixivii Saponis ana Un-  
 ciam unam.

Terebinthina cum Oleis primum in modico calore  
 misceatur et tunc Alcali addatur. Intra decem  
 dies tota massa formam saponis induit.

Loco Saponis Starkeyani emendatam hanc composi-  
 tionem laudat Martin Recueil des actes de la Société  
 de Santé de Lyon, Tom. I. Lyon, an VI. Urinam ciet,  
 systematis uropoietici relaxationem et debilitatem inci-  
 tando corrigit, hinc in gonorrhœa asthenica, et ischuria  
 a debilitate utilis, nec non in rheumatismo chronicō et  
 arthritide inveterata.

### Solutio Argenti nitrici.

R Argenti nitrici Grana quatuor,  
 Aquae Menthae piperitae Uncias quatuor.

M. solve D. S. Omni bihorio cochlear parvum. Hanc  
 solutionem, quam in majori quoque dosi dedit, in mor-  
 bis convulsivis praecipue laudat et usui Argenti nitrici  
 in forma pilularum praefert Rich. Powell in medico-  
 chir. Transactions published by the med. and surg. so-  
 ciety of London, Vol. IV, 1813.

### Solutio Arsenici.

R Arsenici albi Drachmam dimidiā,  
 solve in

Aquae destillatae Unciis sex,  
 adde

Aquae Cinnamomi, in qua jam antea Kali carbo-  
 nici Drachma dimidia soluta fuit, Uncias duas.

ho aliis  
functio-

cochlear  
que mor-  
is specie-

tanqua-  
tt con-  
4tes Su-  
effectus  
Nitri in-  
jetzt von  
orbutur  
originell

M. Digere in loco quodam calido. — Continent haec Unciae octo circiter 4608 Guttas, quarum 120 Arsenici Granum Kali carbonici junctum in forma Kali arsenicalis. \*) Absque periculo hujus solutionis guttas quatuor usque ad 15 cum mucilagine quodam in forma pilularum vel in vehiculo quodam aquoso, et si opus est, ter in die propinari posse, auctor est Brera, qui febribus intermittentibus hoc remedium (saltem maxima præcautione adhibendum) opposuit. (cf. Ej. med. Bemerkungen, übersetzt v. Weber. iter Theil, Zürch 1801).

vel;

**Rec.** Arsenici albi,

Kali carbonici ana Grana sexaginta quatuor, Aquae fontanae destillatae Libram dimidiam, coque in balneo arenae ad Solutionem Arsenici.

Solutioni refrigeratae adde

Spiritus Lavendulae compositi Unciam dimidi-  
um,

Aquae fontanae destillatae, quantum requiri-  
ritur, ut omnis massa efficiat Libram  
unam,

Octoginta Guttæ hujus solutionis continent Arsenici Granum dimidium. Fowlerus, qui eandem ceu summum febrifugum celebrat in apyrexia bis in die infantii bienni Guttas duas, adultis Guttas decem ad duodecim proprie-  
nari jussit. Sed anceps est remedium nec absque summa præcautione, imo potius nunquam, adhibendum.

Solutio Arsenici Lefeburiana erga cancrum constat ex Arsenici albi Granis quatuor et Aquae destil-  
latae Uncii trigesimi duabus, ejusque dosis est cochlearum unum usque ad tria, sed remedium est utique periculo-  
sum, Conf. etiam Liquor arsenicalis.

---

\*) Recte mouet Dörrfurt (Apothekerbuch) medicos for-  
san poique melius et securius uti Kali vel Natro arsenicali,  
quam Oxydo Arsenici.

### Solutio Elaterii.

- R Extracti Elaterii Granum,  
 Spiritus nitrico-aetherei Uncias duas;  
 Tincturae Scillae,  
 Oxymellis Colchici ana Unciam dimidiam,  
 Syrupi Rhamni cathartici Unciam.

M. Dosis ter vel quater in die Drachma. Elaterium hoc modo Diureticis mixtum caeteris omnibus hydragogis praefert et in dyspnoea ex hydrothorace vel ascitide, prae aliis commendat John Ferriar (Medical histories and reflexions Vol. IV. London 1813).

### Solutio Ferri muriatici cum Baryta muriatica.

- R Ferri muriatici,  
 Barytae muriaticae ana Drachmam dimidiam,  
 solve in  
 Aquae destillatae Uncia.

M. Doses Guttæ viginti ad sexaginta. Cf. Hufeland Darstellung der salzsauern Schwererde, Berl. 1794, ubi vires resolventes, antiscrophulosae, vermifugae hujus solutionis affirmantur.

### Solutio Hydrargyri gummosi.

- R Hydrargyri vivi puri Grana decem,  
 Cetacei Drachmam dimidiam;  
 Vitellum Ovi unius,  
 Syrupi Althaeae Unciam,  
 Aquae destillatae Uncias duas.  
 Misce terendo. Analogon remedii Plenckii (v. supra Pilulas Hydrargyri gummosi) quod ob effectum

ent ha.  
 Arsenici  
 arsenica-  
 quatuor  
 pilula-  
 est, ter  
 febribus  
 praeca-  
 kungen,

tatuor,  
 midiam,  
 nem Ar-  
 dimi-

requiri-  
 Libram

nici Gra-  
 sumnum  
 ti bienni  
 n proprie-  
 e summa-

cancrum  
 e destil-  
 cochlear  
 ericuloi

ticqs for-  
 senicalis,



antisyphiliticum laudat Schlesinger in Hufeland  
et Himly Journal der pract. Heilkunst. 1814. Febr.

### Solutio Hydrargyri muriatici corrosivi vinosa.

℞ Hydrargyri muriat. corrosivi Grana quatuor,  
solve in

Aqua Cinnamomi vinosae Unciis tribus,  
adde

Tincturae Opii simpl. Scrupulos duos.

Hujus solutionis a 40 ad 80 guttas bis vel ter in die  
sumptae optimos in lue venerea effectus vidit Marcus  
Magazin Erstes St, Jena 1801.

### Solutio kalina.

℞ Kali carbonici Drachmas tres,  
solve in

Aqua Libris duabus.

Haec portio quotidie sumenda iis, qui sabulo et calculo  
in viis urinariis laborant, summe commendanda est. Mas-  
cagni (conf. Hufelands Journal der prakt. Heilk.  
IX. Bd. 4tes St.)

### Solutio Phosphori aetherea.

℞ Phosphori Granum,

Olei animalis aetherei Drachmam,

— Caryophyllorum aromat. Scrupulum.

M. solve. In Amaurosi paralytica, Prosopalgia et Rheu-  
matismo chronicō hujus solutionis Guttas duas ad tres  
mane et vespere, et, paulatim aucta dosi sumtas, com-  
mendat Loebel Loebenstein, simulque in Amau-  
rosi frictiones orbitae et palpebrarum cum eadem solu-

Feland  
ebr.  
  
rosivi  
  
uatuor,  
  
bus,  
  
s.  
in die  
Marcus  
Heilk.  
  
calculo  
st. Mas  
Heilk.  
  
tum.  
et Rhei  
ad tres  
as, com  
Amad  
im sold

tione. (Hufeland Journal der pract. Heilk. 1811. Jan.)  
conf. etiam Emulsio Phosphori, Naphtha phosphorata et  
Oleum phosphoratum.

### Solutio Plumbi acetici.

℞ Aquae destillatae Uncias sex,  
Plumbi acetici Grana duo,  
Tincturae Opii simplicis Drachmam dimi-  
diam.

M. Dosis omni trihorio cochlear magnum. — In phthisi  
egregie laudatur Plumbeum aceticum minuēdis sudori-  
bus, sedandis motibus febrilibus et omnibus hujus mor-  
bi phaenomenis ex asthenia cum erethismo, ab Ame-  
lung in Hufelands Journal der prakt. Heilk. 22. Bd.  
aliisque. Dosis quotidie Granum dimidium usque ad  
tria. Evidēt jam majorem plumbi acetici in phthisi  
pulmonali dosin dedit absque ulla noxa. Praestat vero  
usus Plumbi acetici in parva dosi ab octava usque ad  
quartam Grani partem bis vel ter in die. conf. Wol-  
fart das Essigheil als Heilmittel, in Asklepion 1811.  
Hic auctor commendat mixturam ex Plumbi acetici Gra-  
nis duobus, Aquae Chamomillae Unciis sex, et Succi  
Liquiritiae Drachmis duabus, ter in die cochleatim su-  
mendam. Addere quoque licet Saccharum Saturni in  
uso Valeriana vel decocto Corticis etc.

### Species pro Decocō (antipsorico).

℞ Herbae Gratiolae Unciam dimic am,  
Ficum aridarum Drachmas sex,  
Semimum Cydoniorum,  
Fabarum Pichurim ana Drachmam unam,  
Semimum Anisi stellati Drachmas duas.  
Decocutum ex hisce speciebus vel cum aqua vel cum  
laete perquam dilutum esse debet. Cum magno effectu

eo se usum esse affirmat Wendt (formulae medicam Inst. clinici Erlangensis) ad ulceræ manantia sananda, non neglecta scilicet medæla chirurgica, praeterea vero ad quaecunque exanthemata chronica. Ad enema praeterea, si alvus fortiter ducenda est, decoctum ex specie rum Drachma cum Aquæ Unciis duabus optime adhibetur.

### Species pro Decotto.

(pectorales.)

#### B Passularum minorum mundatarum,

Caricarum pinguium,

Hordei perlati,

Radicis Althaeæ,

Herbae Malvae,

Florum Verbasci ana Unciam,

Seminum Anisi Unciam dimidiata.

#### C. C. M. Species, quarum cochlearia duo cum modo

### Species pro Infuso.

(galactogogæ.)

#### B Radicis Foeniculi,

Herbae Foeniculi,

— Chaerophylli,

Seminum Anisi,

— Foeniculi,

— Aethi ana:

C. C. M. f. Species, quarum cochlearia duo cum modo uno et dimidio aquæ coquantur ad colaturam modi dimidiæ. Promovendo lactis erga mammae affluxu in Agalactia laudatur quotidianus hujus infusi usus a Bergio, Murrayo, Jahn (Kinderkrankheiten pg. 109) aliisque quorum observationes propriis meis affirmantur.

### Species pro Infuso diuretico.

- ¶ Foliorum Polygoni Persicariae,  
 Radicis Junci sylvatici ana Unciam dimidiam,  
 Herbae Apii Petroselini,  
 — Hyssopi officinalis,  
 Florum Lauri Cassiae,  
 Corticum Aurantiorum,  
 Seminis Pimpinellae Anisi ana Drachmam.

Concisa et contusa misce, fiant species, quarum dimidia  
 pars cum aquae ferventis mensura infundatur ad potum  
 hydropi opponendum. (Marcus Recepttaschenbuch.)

### Spiritus ammoniatus.

- ¶ Spiritus Vini tenuioris Unciam,  
 Liquoris Ammonii vinosi Unciam dimidiam,  
 Opii Scrupulos duos,  
 Camphorae Scrupulum.  
 Digerantur frigide per tres dies phiolam saepe  
 agitando. Cola.

„In plerisque cephalalgiis et odontalgiis; etiam in  
 haemicraniis saevissimis dolorem vel illico sopit. Ejus  
 Guttulae quatuor ad quinque volae manus instillatae  
 et naribus confestim ac fortiter attractae, plerumque  
 sufficiunt. Raro opus est dosin reiterare.“ Vicat in  
 selectu opusculorum pg. 9. Praeterea vero quoque in-  
 terne hoc remedio guttatum uti licet in astheniis, ubi  
 fortibus incitantibus opus est.

### Spiritus Terebinthinae cum Aethere,

(Durandei erga calculos biliosos.)

- ¶ Aetheris sulphurici partes tres,  
 Spiritus Terebinthinae partes duas.

N

Hujus compositionis Scrupulos duos vel Drachmam quotidie propinavit Durande, serum lactis vel j sculum e carne vitalino et syrupo rosarum paratum superbibere suasit. Quo facto, donec integra remedii Libra sumta fuerit et cessantibus tunc doloribus, liberatisque a concrementis viis biliaris lenia purgantia evanundis calculorum fragmentis adhibuit. Laudavit hoc remedium Sömmerring de concrem. bil. c. h. Francof. 1795 pg. 64. et ipse saepius egregium ejusdem effectum expertus sum.

### Spiritus Vini terebinthinatus.

(antiictericus Dispensatorii Genevensis.)

R Olei Terebinthinae Unciam unam et dimid. diam,

Spiritus Vini rectificati Uncias octo.

Misceantur, destillentur, et separantur exacte ab oleo simul transeunte.

Dosis ad quinque Guttas cum Saccharo mane et vespera. Egregie commendatur in ictero in Odier Manuel de Medecine pratique 1803. pag. 233. cf. Sammlungen auserlesener Abhandl. für prakt. Aerzte, 20ste Bd. 1tes St. pg. 132.

### Syrupus acidus.

R Sacchari Uncias sex,

Aceti Vini Uncias quatuor.

Leni calore misceantur. Minoris est pretii quam Syrupus acetositatis citri, eique inest vis antiscorbutica, temperans.

vel:

Rec. Acidi sulphurici diluti Unciam,  
Syrupi simplicis Uncias quatuor.

Misceantur. Datur cochleatim in Syrupo. Frank.

Ubicunque ab Acidi sulphurici usu aliquid expeditandum est, in Scorbuto, in Diaphoresi nimia caet, hac compositione optime uti licet.

### Syrupus Belladonnae.

R Herbae Belladonnae Drachmas duas,  
Radicis Belladonnae Drachmam unam,  
Sacchari Libram unam,  
Aqua fontanae s. q. ad remanentiam Librae  
unius.

Praestantissimum remedium est Belladonna in tussi convulsiva infantum. Hinc Syrupum quoque cum eadem praeparatum summo jure commendat Jac. Christ. Gottl. Schäffer (die Zeit- und Volkskrankheiten der Jahre 1806 und 1807 in Regensburg. 1808.) quia infantes eo libenter utuntur.

### Syrupus guajacinus.

R Tincturae Guajaci ammoniatae Drachmas duas,  
Mucilaginis Gummi Mimosae,  
Syrupi emulsivi ana Unciam.  
M. D. S. Quater in die cochlear parvum usque ad duob. In arthritide et exanthematibus chronicis efficax. Hu-feland.

### Syrupus Hydrargyri. (Bellet.)

R Syrupi communis Uncias sedecim,  
Liquoris Hydrargyri nitrici Drachmam unam  
et dimidiam,  
Spiritus nitrico-aetherei Drachmam dimid.  
M. Dosis cochlear parvum dimidium usque ad integrum. In lue venerea saepissime in usum vocatur à me-

dictis Gallicis. Conf. Bouillon Lagrange in Journal de la Société de Pharmacie à Paris. Tom. I.

### Syrupus cum Lycopodio.

℞ Seminis Lycopodii Drachmas duas,  
Syrupi Althaeae Unciam unam et dimidiam,  
Aqua fontanae Uncias duas.

M. D. S. Omni bishoriō cochlear dimidium. Commendatur in stranguria infantum a Jawandt in Hufeland Journal II. Bd. 1. St. pg. 163. Sic etiam seminis Lycopodii Grana x pulti addi et mane et vespere propinari possunt.

vel:

Rec. Seminis Lycopodii Unciam dimidiam,  
Syrupi Diacodii q. s.  
ut fiat linctus, cuius dosis sit omni bishorio cochlear.

### Syrupus Senegae cum Liquiritia.

℞ Elixirii ex Succo Liquiritiae Drachmam,  
Syrupi Senegae Unciam.

Hujus expectorantis cochlear parvum omni bishorio vel hora sumtum in angina polyposa efficacem invenit Lenttin (cf. Hufeland's Journal 2. B. 1. St.) additis simul frictionibus ex unguento hydrargyri cinereo.

### Syrupus Senegae moschatus.

℞ Syrupi Senegae Uncias tres,  
Gummi ammoniaci cum Mucilagine Gummi  
Mimosae triti Scrupulum,  
Moschi Grana decem,  
Elixirii ex Succo Liquiritiae Guttas quindam (usque ad viginti.)

M. In Angina spasmodica infantum hujus Syrupi cochlear parvum omni hora sumendum tanquam optimum expectorans antispasmodicum laudatur a b. Lentini  
(Beitr. zur ausüb. A.W. III. Bd. pg. 199.)

### Syrupus sulphuratus.

(Arcanum becchicum Willisii.)

℞ Kali sulphurati Unciam dimidiam,  
solve in  
Aquae fontanae  
— Foeniculi ana Unciis quatuor cum di-  
midia,  
adde  
Sacchari albi Uncias septem.

Unica ebullitione coquantur in Syrupum. Per pannum colatus Syrupus servetur. — Willisius jam Hepar Sulphuris laudavit tanquam egregium Dyspnocae remedium, ejusque Syrupus tantam adeptus est famam, ut arcani Willisianni notaen ei impertiti sint medici. Nunc vero, dum recentiores Hepar Sulphuris Anginae membranaceae aliisque morbis cum successu opposuerunt, haec compo- sitio, malum saporem corrigens, in usum vocari meretur.  
Vogel med. Annalen 1816. Junii.

### Tinctura Aconiti.

℞ Spiritus sulphurico-aetherei Uncias duas,  
Herbae Aconiti Napelli (vel potius radicum,  
quae efficaciores sunt) Unciam dimidi-  
am.

Misce, digere per octo dies vase clauso, vas saepe agi-  
tando: dein colla. — Kämpf. Arthritidi asthenicae op-  
ponenda. Dosis Guttae decem usque ad viginti. —

vel:

Rec. Herbae Aconiti partem unam,  
Spiritus Vini rectificati partes duas.

Digere. Cola. Hujus Tincturae **Guttas** octoginta omni  
trihorio sumendas ob vires antiarthriticas laudat Samm  
(über Gichtkrankheiten und deren Heilart, Basel 1808.

### Tinctura Ambrae.

℞ **Ambrae** griseae Drachmam,  
Aetheris sulphurici Unciam dimidiam,  
stent per horas duodecim saepe agitando; dein  
adde;

**Moschi** Drachmam,

— **Spiritus sulphurico-aetherei** Uncias tres

Egregiam invenit hanc Tincturam, in nosocomii Bambergensis dispensatorium receptam in trismo neonatorum  
Jos. Schneider Abh. über den Kinnbackenkrampf neu  
geborner Kinder, Herborn 1805.

### Tinctura aromatica (regia Marcus.)

℞ **Florum Citri medicae,**

— **Cheiranthi Cheiri,**

— **Lavandulae Spicae,**

— **Rosarum Centifolarum,**

**Nucum moschatarum,**

**Caryophyllorum aromaticorum,**

**Corticis Cinnamomi ana Drachmas tres,**

**Spiritus Vini rectificatissimi Libram,**

Digerantur per triduum, dein duas tertiae partes abstrahantur. Spiritu obtento infunde

**Moschi orientalis Drachmam dimidiam,**

**Croci austriaci Scrupulum,**

**Balsami peruviani Guttas viginti,**

**Olei Caryophyllorum,**

— **Cinnamomi ana Guttas octo.**

inta omni  
at Samm  
sel 1808.

Digerantur per triduum. Filtrantur. Dosis hujus Ana-  
leptici et Nervini Guttae 20 ad 30. (Marcus Recept-  
taschenbuch.)

### Tinctura Asae foetidae stibiata.

℞ Tincturae Asae foetidae Drachmas sex,  
Liquoris Saponis stibiati Drachmas duas et  
dimidiā,

Olei Terebinthinae aetherei Drachmas duas.

M. — Hujus remedii Guttis triginta omni quadrihorio  
sumitis se icterum reliquis omnibus pertinaciter resisten-  
tem sanasse affirmat Herz in Hufelands Journal IV,  
Bd. 2. Stück.

### Tinctura Aurantiorum aetherea.

℞ Pomorum Aurantii immaturorum contuso-  
rum quantum lubet,  
extrahatur leni digestione cum  
Spiritu muriatico-aethereo.

Tinctura, cuius Guttae 40 ad 60 cum Aqua Foeniculi  
sumendae optimum physagogum praebent. Quodsi alvus  
segnior fuerit, cineres clavellati purissimi, ante digestio-  
nem hujus Tincturas adduntur, scilicet Drachma dimidia  
ad Unciam integrum. (Wendt formulae med. Inst. cli-  
nici Erlangensis 1807.)

### Tinctura Balsami canadensis.

℞ Balsami canadensis Uncias duas.  
Resinae Guajaci nativae Unciam dimidiā,  
Spiritus Vini rectificati Libram.  
Digere per triduum, filtra et adde  
Olei Menthae piperitae Drachmas duas.  
Dosis omni hora quindecim Guttae.

vel:

**Rec.** Hydrargyri muriatici corrosivi Scrupulum,

solve in

Spiritus Vini rectificatissimi Unciis quatuor,

adde

Balsami canadensis,

Resinae Guajaci ana Unciam.

In Spiritus Vini rectificati Unciis quatuor

soluta filtrantur;

Liquori calefacto adde

Olei Sassafras Drachmas duas.

Dosis omni hora Guttulae decem. In Gonorrhoeae studio relaxationis prae aliis laudatur in Marcus Recepttaschenbuch,

### Tinctura Cantharidum camphorata.

**Ec** Tincturae Cantharidum Unciam dimidiā,

Camphorae Drachmas duas.

M. terendo. In gonorrhœa chronicâ cum torpido urethrae statu commendatur a Swediaur. Dosis Guttæ iv ad x, imo plures, quoniam Tincturae Cantharidum effectus specifici in renes Camphora mitigantur.

### Tinctura Cantharidum opia.

**Ec** Tincturae Chinal Unciam unam et dimidiā,

— Cantharidum Drachmam,

— Opii benzoicae Unciam dimidiā,

M. D. S. Ter vel quater in die 20 usque ad 50 Guttæ. Hujus remedii efficaciam in tussi convulsiva quoque confirmant Engelhardt (dis. de pertussi. Lund 1797), Sutcliff, Jahn (Kinderkrankheiten) aliquie. Substutere quoque licet Decocatum ex Corticis peruviani Uncia dimidia ad colaturam Unciarum trium, additis Syrupi Liquiritiae Uncia una, Tincturae Opii crocatae ana Guttis quindecim, quod ad cochlear dimidium usque ad integrum pro Dosi in tussi convulsiva laudaverunt Buch

holz, auctores citati, aliquae. — Externe simul cum  
hujus remedii usu in pectus infriatur compositio ex  
Tartaro stibiato, Tinctura Cantharidum et Infuso Spir-  
itus Frumenti cum Zingibere.

### Tinctura Castorei ammoniata.

**Rx** Tincturae Castorei,

Liquoris Ammonii anisati ana Drachmas tres,  
— Ammonii succinici Drachmas quin-  
que,

Tincturae Macis Drachmas duas,  
— Nucis Moschatae Drachmam.

M. Dosis hujus remedii, in atonia intestinorum, Hypo-  
chondriasi, flatulentia et nausea egregii, est Guttarum  
15 usque ad 30 ter quaterve in die. Praecipuus ejus-  
dem encomiasta est Wezel (Sieg über die Hypochon-  
drie 1805.)

vel :

**Rec.** Tincturae Aurantiorum,  
— Castorei,

Ammonii carbonici pyro-oleosi ana. M.

In spasmis, doloribus et inflatione ventriculi a 25 ad 50  
Guttas in Infuso Menthae piperitae sumendas. cf. Cra-  
mers Abhdl. von der Inflatio ventriculi in Hufelands  
Journal V. Bd. 4. St. S. 108.

### Tinctura Castorei cum Opio aetherea.

**Rx** Spiritus sulphurico-aetherei Drachmas duas,  
Tincturae Castorei Drachmam,

— Opii crocatae Drachmam dimid.

M. Fortiter incitat, ad debellandam atoniā nervosām  
et spasmos asthenicos efficax.

### Tinctura Chineae aetherea.

R Tincturae Chineae compositae Uncias duas,  
— Opii crocatae Drachmas duas,  
Spiritus sulphurico-aetherei Drachmas duas.

M. In affectibus asthenicis ventriculi et intestinorum  
aliisque astheniis. Dosis, omni bi- vel trihorio Gut-  
tae triginta.

### Tinctura Cinnamomi phosphorico- acida.

R Acidi phosphorici Drachmam dimidiam,  
Tincturae Cinnamomi Drachmas duas.

M. D. S. Omni hora Guttæ viginti quinque. Egregium  
in haemorrhagiis uteri remedium cf. Burdach die neu-  
sten Entdeckungen in der Heilmittellehre. Leipz. 1806.  
pag. 25.

### Tinctura Colocynthidis stibiata.

R Liquoris Saponis stibiati partes tres,  
Tincturae Colocynthidis partem unam.

Huæs remedii Guttas viginti omni trihorio ut efficax  
antileprosum laudat Heim in Horn's neuem Archiv  
für med. Erfahrung. 1810.

### Tinctura Cupri sulphurici.

R Cupri sulphurici usci Uncias octo,  
Sanguinis Draconis Uncias duas,  
Spiritus Vini rectificati Uncias triginta duas.

Digere in vase vitro clauso in balneo arenæ per qua-  
tuor dies, agitando aliquoties in die. Liquor decan-  
tur. — Laudatur in haemorrhagiis a Doctore Bisho-

prick sub nomine compound vitriolic tincture  
 (conf. Medical commentaries Decad. II. Vol. X. pg. 359  
 et Philosophical transactions for the Year 1798. Part. I).  
 Dosis Guttae 40 ad 60 quater in die cum aquae et vini  
 rubri lusitanici Uncia una. Liquor stypticus Leoffii,  
 quem complures efficaciorum invenierunt sistendis haemorrhagiis,  
 oritur ex deliquio Florum Salis ammoniaci  
 martialium in aere humido. Conf. Gebel in Hufelands Journal VIII. Bd. I. St.

### Tinctura Delphinii.

**R** Seminum Delphinii Consolidae Unciam,  
 Infundatur

Spiritus Vini rectificati Libra dimidia.

Digeratur leni calore. — Remedium efficax in Asthmate  
 spasmatico. Dosis ter in die Guttae decem ad viginti.  
 Blanchard in London med. surg. and pharmaceutical  
 Repository, Lond. 1814.

### Tinctura Digitalis aquoso-aetherea.

**R** Herbae Digitalis Uncias tres.

Macerentur per viginti quatuor horas cum  
 Aquae destillatae Unciis octodecim.

Colatura in balneo arenae evaporetur ad remanentiam Unciarum trium. Tum herba digitalis  
 jam extracta cum spiritus sulphurico-aetherei  
 Unciis sex infunditur, post viginti quatuor horas  
 exprimitur et liquor expressus tribus illis  
 Unciis colatura aquosae additur. Dosis Guttae  
 decem ad quindecim.

(v. Hufeland's Journal XVI. Bd. I. St. pg. 133). Effectus  
 hujus Tincturae idem est ac digitalis in genere,  
 antihydropicus scilicet, arteriarum pulsum minuens et  
 antiphthisicus. Sed nausea et vomitum minus movet  
 quam Herba Digitalis in substantia.

duas,  
 ias,  
 s. duas.  
 tinorum  
 io Gut-

ICO-

am,  
 s.

gregium  
 die neu-  
 pz. 1806.

ta.

n.  
 t efficax  
 1 Archiv

aur

ta duas.  
 per qua-  
 decante-  
 Bishop

### Tinctura Digitalis semispirituosa.

**E**x Herbae Digitalis purpureae concisae Uncias duas,

Spiritus Vini rectificati,

Aquae Cinnamomi simplicis ana Uncias tres.

Digerantur per quatriduum in loco calido. Tincturam leniter expressam filtra et serva usui. — Continet haec Tinctura partes Herbae Digitalis efficaciores abunde solutas et concentratas. Egregium teiusdem effectum in morbis phthisicis et hydropicis, inflammationibus praesertim partium glandulosarum chronicis et imperfectis, maxime vero in hydrothorace ex affectu catarrhalis et morbis pulmonum secundariis, testatur Harless in Huſeland Journal der pract. Heilk. 1816. 7. St.

### Tinctura Digitalis spirituosa.

**E**x Herbae Digitalis purpureae in umbra sic catae et concisae Unciam.

Infundantur

Spiritus Vini rectificatissimi,

Aquae Cinnamomi spirituosae ana Uncias tres.

Digerantur in cucurbita bene clausa, calore temperato per triduum. Tinctura leniter expressa et colata servetur usui. Dosis Guttæ 10 — 20 — 30. In hydrope, phthisi asthenica, rheumatismo non admodum sthenico efficacissima.

### Tinctura foetida.

(erga taeniam.)

**E**x Olei Petrae Unciam dimidiam,

Tincturae Asae foetidae Drachmas sex.

**M.** Laudatur erga taeniam a Dr. Schwarz in Huſelands Journal. 12. Ed. 3. St. p. 176. Dosis quater in

die guttae quadraginta cum aqua usque ad parvum cochlear.

### Tinctura foetida pyro-oleosa.

**R**x Asae foetidae Drachmam,  
Opii,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi ana Drach-  
mas duas,

Tincturæ Castorei Uncias duas.

Digere et colligere. In spasmis a debilitate prosunt hujus  
remedii Guttae decem usque ad triginta. Rosenstein  
eodem remedio cum optimo successu usus est erga tae-  
niam. Sumi jussit Guttas triginta usque ad quadraginta  
in Vino vel Spiritu Frumenti.

### Tinctura Formicarum composita.

Lagenæ Formicis ad dimidium repleta Spiritu Vini  
rectificato repletur, adjectis antea Radicibus Bryoniae et  
Filicis incisis ana pondere Unciae unius. Calori solis  
postea per biduum aut triduum, vase saepius agitato  
exponitur et liquidum contentum, postero die, per char-  
tam bibulam trajicitur. Laudavit hoc remedium ad ar-  
thritidem Wendt (Formulae medicamentorum Inst. Cli-  
nici Erlangensis. 1807), et quidem (si pensus plenus du-  
riorve, vel digestio labefactata non obstant usui) tem-  
pore matutino, in lecto adhuc decumbenti datum, dosi  
Guttarum 40 — 50, superbibendo infusum Theæ cum  
Lacte. Dosis successive augetur ad 100 usque Guttas,  
si aegrotus talem fert.

### Tinctura Fuliginis.

**R**x Fuliginis splendidae Uncias duas,  
Asae foetidae Unciam unam,  
Spiritus Vini Uncias triginti duas.

Digere per sex dies. Dosis quater in die a cochlear parvo usque ad cochlear majus. Commendatur in epilepsia aliisque morbis spasticis.

### Tinctura Galbani composita.

℞ Tincturae Galbani,

— Absinthii,

Spiritus Roris marini ana. M.

Dosis 40 ad 50 Guttulae in Aquae fontanae cochleare. In hysteria et asthmate pituitoso laudatur a Vogel (Med. Annalen. Altenburg. 1816. Juni).

### Tinctura Guajaci.

℞ Resinae Guajaci nativae Drachmas duas, solve in

Spiritus Vini rectificati Uncii octo.

In affectibus arthriticis asthenicis chronicis mane et vespere sumatur Drachma usque ad duas pro Dosi.

### Tinctura Guajaci balsamica.

℞ Balsami canadensis Unciam unam cum dimidia,

Resinae Guajaci nativae Drachmas duas,

Spiritus Vini rectificati Libram dimidiam.

Digere leni calore, dein fecibus subsidentibus, Tincturam limpidae effunde, sive per colic et adde

Olei Menthae piperitae Drachmam.

Dosis bis vel ter in die cochlear parvum in Aqua, vel in Decocto Avenae exorticatae vel in Vino. Plurimum laudatur a Falk, (von venerischen Krankheiten pag. 410) erga Gonorrhoeam inveteratam et fatetur ipse

Léntin (Beytr. zur Ausüb. AW. Supplementb. pg. 412) se pluries eandem egregii effectus vidisse. Eundem in finem quoque Voglerus Liquorem suum stegnoticum commendavit.

### Tinctura Ipecacuanhae opia.

R Tincturæ Opii crocatae Guttas quindecim,  
— Ipecacuanhae Guttas quadraginta,  
Liquoris Ammonii acetici Unciam dimidiam,  
Aqua Rosarum Unciam,  
Sacchari albi Drachmas duas. M.

In doloribus capitum periodicis, ex statu gastrico vel ex suppressa quadam evacuatione laudatur a R. Whytt. Dosis cochlear parvum. Efficaciam remedii in majori astheniae gradu augent Moschos, Camphora vel Tinctura Valeriana. — Tincturæ Ipecacuanhae (in pharmacopœam borussicam haud receptae) præparationem docet pharmacopœa Edimburgensis 1795.

### Tinctura Nicotianæ.

(Fowleri.)

R Foliorum Nicotianæ virginensis siccatorum  
Unciam,  
Spiritus Vini tenuioris Libram.

Digete per dies quatuor et colla. Dosis Guttæ quinquaginta ad nonaginta bis, terve in die. Urinam pellens efficax antihydropicum.

### Tinctura Opii aetherea.

R Tincturæ Opii crocatae Scrupulum,  
Aetheris sulphurici Drachmam dimidiam.

M. Licet hoc remedio complures abusi sunt in typho aliisque morbis asthenicis tamen recte adhibitum opti-

mum praestat effectum in Atonia nervosa, Cephalgia  
nervosa, Diarrhoea, Dyssenteria aliisque morbis astheni-  
cis, ubi fortiori opus est incitamento. Dosis omni bi-  
horio vel saepius Guttæ quinque usque ad decem.

### Tinctura Opii benzoica composita.

(Elixir sudoriferum Lettsom.)

℞ Radicis Ipecacuanhae,  
Balsami tolutani ana Unciam dimidiam,  
Acidi benzoici,  
Opii colati,  
Croci ana Drachmas duas,  
Camphorae Scrupulos quatuor,  
Olei Anisi aetherei Drachmam,  
Spiritus Vini rectificati Libras duas.

Digere et cola. — Uncia dimidia hujus remedii conti-  
net Opii Grana duo. Egregie laudatur in tussi convul-  
siva ab inventore Lettsom (Memoirs of the general  
dispensary of London for part of the Years 1773 and  
1774) et in Danz Geschichte des Keichhustens. Equi-  
dem optimum ejusdem effectum in isto morbo saepius  
vidi. Dosis Guttæ 5 usque ad 50, sensim augendo.

### Tinctura Phellandrii.

℞ Seminum Phellandrii aquatichi Unciam dimi-  
diam.

Spiritus Vini rectificatissimi Uncias sex.

Digerantur. Hujus remedii usum, praecipue in phthisi  
pituitosa, docet E. W. Martins in Abhandlungen der  
physikalisch-med. Societät zu Erlangen. 1. Band. Frank-  
furt 1810.

### Tinctura Pyrethri.

**R**e Pulveris Radicis Pyrethri Drachmas decem,  
Spiritus sulphurico-aetherei Librae.  
Digerantur per dies decem; Colatura adde  
Camphorae Unciam,  
Olei Roris marini Unciam dimidiam,  
Tincturae Opii simplicis Drachmas duas.

F. Tinctura, secundum testimonia Oxleyi egregia ad  
usum externum in paralyti membrorum et in Odontal-  
gia, ubi gossypio instillata denti cavo imponitur. conf.  
Hufeland und Harles Journal der ausländ. Litera-  
tur. Junius 1802. Interne guttatum sumta incitans for-  
tissimum praebet.

### Tinctura Sabinae kalina.

(C. L. Hoffmanni)

**R**e Herbae Sabinae recentis Unciam,  
Tincturae kalinae Uncias sex.

Misceantur, digerantur per quatuor dies, et fiat dein  
secundum leges artis Tinctura. In affectibus arthriticis  
cum asthenia torpida hujus Tincturae Guttas decem ad  
quindecim in Aqua pluries in die, efficacissimas invenie-  
runt C. L. Hoffmannus et Ravius.

### Tinctura saturnino-martialis.

(pro Haemorrhagia, Amstelodamensis.)

**R**e Plumbi acetici Unciam unam,  
Ferri sulphurici Unciam dimidiam,  
scorsim terantur in mortario vitro, add.  
Spiritus Vini Uncias octo.

M. Medici Amstelodamenses hoc remedium diu in pre-  
dio habuerunt et in haemorrhagiis, praecipue narium, in-

O

terne dederunt infantibus decēm, adultis vero viginti  
Guttas. (Mengelwerke der allg. vaterlandsche Letteröff-  
ningen voor 1802. No. VII). Sed caute eodem ularis,  
ne plumbum noceat.

### Tinctura Squillae.

**R** Radicis Squillae Unciam unam et dimidiam,  
Spiritus muriatico-aetherei,  
— Juniperi ana Libram dimidiam,  
Aquae fontanae quantum satis.

Destillando eliciantur Librae sex. Dosis Gutt. x ad xxx.  
In hydrope laudatur ab Obersteuffer in Hufeland's  
Journal V. Bd. I. St. Ipse eandem efficacem inveni.

### Tinctura stibiata.

**R** Liquoris Ammonii succinici,  
Tincturae Opii benzoicae ana Drachmas duas,  
— Opii crocatae,  
Vini stibiati ana Drachmam.

**M.** In tussi convulsiva omni biborio Guttæ 20 ad 40  
laudatur a Jahnio. (Kinderkrankheiten pg. 407).  
vel:

Rec. Vini stibiati Drachmas duas,  
Extracti Hyoscyami Grana decem.

**M.** Dosis est hinc inde Guttarum quinque ad decem,  
ita ut infans annus quotidie Grana duo Extracti Hyos-  
cyami accipiat. Hufelandi experientia hujus remedii  
usum in tussi convulsiva confirmat. Praeterea quoque  
in morbis pectoris spasmodicis, minuendis spasmis ei-  
promovenda expectorationi prodest.

### Tinctura Stramonii.

**Rx** Pulveris Seminum Stramonii Uncias duas,  
Vini hispanici Uncias octo,  
Spiritus Vini Unciam unam.

Digere per aliquot dies leni calore et filtra,  
Dosis 6 — 10 — 20 guttas. Est autem haec Tinctura  
validum narcoticum. Hufeland eadem maniae et me-  
lancholiae, affectibus spasticis et convulsivis prosperrime  
mederi affirmat. (Bemerkungen über die Blättern  
S. 474.)

### Tinctura Valerianaæ aetherea.

**Rx** Pulveris Radicis Valerianaæ anglicæ Uncias  
sedecim,

Spiritus Vini rectificatissimi Uncias viginti,  
Acidi sulphurici concentrati Uncias duodecim.

Digere in cucurbita clausa, donec fluidum acidum trans-  
eat. Spiritum destillatum in vitro obturato serva. Hu-  
jus Tincturae usus egregius est in spasmis asthenicis,  
typho aliisque Adynamiajs.

### Tinctura Valerianaæ camphorata.

**Rx** Camphorae Drachmam dimidiam,  
Tincturae Valerianaæ aethereæ Drachmas tres.

**M.** Sumantur 20 usque ad 30 Guttae pro dosi in ar-  
thritide retrograda anomala et spasmis asthenicis.

### Trochisci anthelmintici.

(Doctoris Ching.)

**Rx** Hydrargyri muriatici mitis Drachmas duas,  
Pulveris Sacchari albi Drachmas decem,

O 2

**Essentiæ Croci Guttas viginti,**

Mucilaginis Tragacanthæ q. s. f. pasta, in trochiscos oblongos numero centum et viginti formanda. Horum trochisorum per aliquot dies duo vel tres propinatur, deinde vero decem ex sequentibus:

℞ Pulveris Radicis Jalappae Scrupulos quinque,  
Herbae Spigeliae Drachmas duas cum dimidia.  
Mucilaginis Tragacanthæ q. s. f. pasta in trochiscos oblongos numero centum formanda.

Hi trochisci ob vim anthelminticam et gratum saporem, quo circa infantibus facilius dantur, quam alia ejusmodi remedia, commendanda, ab auctore in arcana habiti sunt, sed, juxta analysis chemicam Cel. Manthey (in Nordischem Archiv für Naturkunde, A.W. und Chir. IV. Bd. 2. St.) modo supradicto componuntur.

**Trochisci Catechu cum Ambra.**

℞ Catechu Unciam,  
Radicis Iridis florentinae Drachmam dimidiam,  
Ambrae griseæ Grana quinque,  
Sacchari albi Unciam,

Mucilaginis Gummi Tragacanthæ q. s.

M. F. Massa formanda in trochiscos, ponderis Drachmae unius, sumendos in asthmate pituitoso, in diarrhoea chronicæ, in malo oris foetore et statu organorum digestio-  
nis relaxato, asthenico.

**Trochisci Liquiritiae.**

℞ Pulveris Radicis Liquiritiae,  
Iridis florentinae,  
Sulphuris depurati ana Drachmam,  
Croci Grana decem,  
Sacchari albi Unciam dimidiam,

M. f. cum Mucilagine Gummi Tragacanthae q. s. trochisci ponderis Scrupuli dimidii, quorum bini infantibus in tussi cum fructu dantur.

vel:

Rec. Pulveris Radicis Altheae Unciam dimidiam,

— Iridis florentinae Drachmam,

Sacchari albi Uncias octo.

Misce fiat cum

Mucilagine Gummi Tragacanthae

quantum sufficit, Massa, ex qua Trochisci  
formentur,

vel:

Rec. Amygdalarum dulcium excorticatarum Uncias

duas,

contunde in mortario lapideo in pastam  
aequalem et adde

Pulveris Succi Liquiritiae Uncias quatuor,

— Seminis Foeniculi Unciam dimidiam,

— Sacchari albi Uncias octo.

Misce fiat cum

Mucilagine Gummi Tragacanthae quant. suff.  
Massa, ex qua trochisci formentur.

### Trochiscus masticatorius.

R Masticis,

Cerae albae,

Zingiberis ana Unciam dimidiam.

M. f. l. a. pastilli ponderis Drachmae dimidiae.

Liquescant in ore, dein expuantur.

### Vinum adstringens.

R Radicis Rubiae Tinctorum Unciam,

— Tormentillae,

Fructuum Aurant, immaturorum ana Unciam  
dimidiam.

Corticis Cascarillae Drachmas sex,  
Extracti Ligni campochiensis Drachmas tres,  
Vini gallici Libras duas.

Digere et colla. Dosis Uncia dimidia ad integrum omni trihorio. In atonia canalis intestinalis, diarrhoea habituali, rhacchitide aliisque morbis asthenicis praestans.

### Vinum ammoniatum cum Tincturis analepticis.

(*Potio alexipharmacum secunda Sellii.*)

**R** Tincturae Valerianae ammoniatae,  
— Angelicae,  
Spiritus camphorati,  
Liquoris Ammonii succinici ana Drachmam,  
Vini gallici opt. Uncias sex.

M. Ad cochlear unum omni hora sumtum egregie excitat, hinc in summo astheniae torpidae statu, praecipue ubi simul diaphoresis movenda, et contagium quoddam susceptum e. g. variolosum, pestilentiale e. s. p. per cutem eliminandum est, cum jure laudatur a Sellio,

### Vinum Calami aromatici.

**R** Pulveris Calami aromatici Unciam unam et dimidiam,

Vini rubri Libram unam,

Detineatur per tres dies in digestione frigida, qua finita colatura detur vasculatum. Vis hujus Vini est incitans, calefaciens, stomachica, carminativa, antiscorbutica; quare in morbis atonicis, typho, febri intermitenti, flatulentiae, hypochondriasi, scorbuto caet. opponenda conf. Wedel diss. de calamo aromatico.

### Vinum camphoratum.

R Camphorae Drachmas duas,  
terantur cum  
Spiritus Vini rectificatissimi aliquot Guttis,  
adde  
Succum Citri unius recenter expressum,  
Vini optimi Libram unam.

Coletur. — Potenter excitat, in morbis itaque asthenicis,  
typho praesertim salubre.

### Vinum Chiae amarum.

R Corticis Chiae Unciam,  
Radicis Gentianae Drachmas sex,  
Corticis Aurantiorum Drachmas duas.  
Vini boni albi Libras duas.

Maneant in infusione per triduum D. S. bis in die de-  
cantetur poculum et bibatur. In atonia ventriculi et in-  
testinorum, digestione turbata, hypochondriasi, febre in-  
termittente et statu cachectico ex eadem orto, egregium.  
Addere licet quoque aliquot uncias Spiritus Lavendulae  
compositi vel Tincturae aromatico-acidae Guttas viginti.  
vel:

Rec. Corticis Chiae grosso modo pulverisati Un-  
cias duas,

— Aurantiorum Unciam dimidiam,  
affunde

Vini boni albi Libras duas.

Digere per 24 horas saepe agitando. Colatu-  
rae adde

Spiritus Vini Uncias duas et dimidiam.

Hujus compositionis Uncia dimidia cum aliquot Unciis  
Vini martiati sumta egregium praebet tonicum.  
vel:

Rec. Corticis Chiae pulverisati Unciam unam semis,  
infunde

Vini generosi Uncias quindecim per bidrum,  
saepius agitando.

Dein effunde liquorem per subsidentiam  
depuratum, eique adde  
Olei Cajaput cum Sacchari albi Uncia trit*i*  
Guttas quinquaginta,  
Spiritus sulphurico-aetherei Uncias duas.  
Dosis hujus vini fortiter incitantis est Unciarum duarum  
ad trium bis terve in die. Swedian*r* vollständ. Abb.  
üb. vener. Krankh. Zweiter Thl. 1790.

### Vinum Chiaeae cum Gallis.

(roborans.)

℞ Corticis Chiaeae fuscae Uncias duas,  
Gallarum Drachmas duas,  
Caryophyllorum aromaticorum Drachmam  
dimidiam,  
pulverisatis infunde  
Vini rubri Libram unam.

per biduum saepius agitando. Liquorem per subsiden-  
tiam depuratum effunde et massam residuam cum aqua*e*  
fontanae Libra una infunde per horam. Coletur et mis-  
ceatur cum priori. Dosis Cochlearia quatuor ter qua-  
terve in dje. Egregium medicamentum in atonia visce-  
rum, gonorrhoea chronica (cf. Swedia*ur*) et reconva-  
lescentia a morbis asthenicis.

### Vinum Chiaeae martiatum.

℞ Pulveris Corticis Chiaeae Unciam,  
Ferri subtilissime limati Unciam dimidiam  
Infunde cum  
Vini rhenani Libris duabus.

Digere per viginti quatuor horas in balneo arenae. Co-  
latura D. S. Mane, pomeridie et vesperie vasculum.  
Roborat, praecipue chlorosi et amenorrhoeae asthenicas  
opponendum.

### Vinum juniperinum.

¶ Baccarum Juniperi,  
Seminis Sinaapeos,  
Raphani rustici ana Unciam dimidiam,  
Kali carbonici Libram dimidiam.

Infunde his duas mensuras Vini Rhenani (vel quoque cerevisiae fortis) stent per aliquot dies et colla limpidum. Diureticum est et antihydropicum, cuius omni tri- vel quadruplicem sumatur vasculum.

vel;

Rec. Radicis Zedoariae,  
— Scillae,  
Baccarum Juniperi ana Drachmas duas,  
Cinnamomi Drachmas tres,

Kali carbonici Drachmam unam et dimidiam.

Infunde his Libram unam et dimidiam Vini Rhenani, post sufficientem extractionem colla limpidum, cuius Dosis eadem,

### Vinum martiatum.

¶ Ferri limati Unciam,  
Succi Citri recentis Uncias duas.

Stent per noctem, adde

Vini gallici Libras duas,

Pulveris Corticis Cinnamomi Drachmas duas.

Digere per tres dies loco tepido, Colatura sumantur singula cochlearia,

vel;

Rec. Ferri limati Uncias tres,  
Radicis Calami aromatici,  
Corticis Aurantiorum ana Unciam,  
Caryophyllorum Scrupulum.

C. Infunde per quatuor dies loco frigido in

Vini albi boni Libris quatuor. Colatura servetur pro usu.

identiam  
icia triti  
inta,  
uas.  
duarum  
nd. Abb.

achmam  
am,

subiden-  
um aquae  
ur et mis-  
ter qua-  
nia visce-  
reconvale-

imidiam  
enae. Cor-  
culum. —  
usthenicas

Dosis hujus Vini est aliquot Unciarum cum Vini Chinæ  
Uncia dimidia. Egregium tunc est remedium in statu  
cachectico pituitoso, febris intermitentibus, atonia  
intestinorum caet.

### Vinum Nicotianaæ.

(Fowleri.)

℞ Foliorum Nicotianaæ virginicae siccatorum  
Unciam,  
Vini albi hispanici Libram.

Macera per dies quatuor et colla. Dosis Guttae quin-  
quaginta ad nonaginta, — Urinam pellens et antihydro-  
picum. — Acetum nicotianaæ paratur, ubi loco Vini ace-  
tum eligitur.

### Vinum Raphani martiatum.

℞ Rasuræ Raphani rustici Uncias tres,  
Ferri limati subtilissimi Unciam,  
Radicis Zingiberis Drachmas duas,  
Vini albi Libras duas.

Stent per duodecim horas. — Colatura S. Quoti-  
die quater vasculum dimidium usque ad integrum.  
In scorbuto, chlorosi aliisque morbis asthenicis, cum san-  
guinis desoxydatione nimia.

### Vinum Sinapi.

℞ Pulveris Sinapi Unciam,  
Vini albi Libram.  
Infunde frigide per sex horas, colaturaæ additæ  
Tincturae Cinnamomi Uncias duas.

Laudatur a compluribus ad tenendum in ore, ubi inci-  
tatione muscularum linguae et sialagogis opus est. Sed  
interne quoque oedemati et hydropi cum fructu opponitur.

**Vinum stibiatum cum Extractis narcoticis.**

R Vini stibiatii Unciam unam,  
Extracti Cicutae Drachmam unam,  
— Aconiti Drachmam dimidiam.

M. S. Omni trihorio Gutt. xvi. Egregie commendatur  
in rheumatismo a Richter in med.-chirurg. Bemerkungen  
pag. 170.

**Vinum scilliticum.**

R Radicis Scillae opt. Drachmam,  
— Calami aromatici Drachmas duas,  
Vini rhenani Libram.

Digeratur per sex horas. Colatura D. S. Omni trihorio  
vuscum dimidium. Hydragogum in quo vis Scillae de-  
bilitans adjectis incitantibus apte corrigitur. Hinc ob  
vires diureticas Hydropi et Asthamati pituitoso cum suc-  
cessu opponitur.

**Vinum scillitico-juniperinum.**

R Pulveris Radicis Scillae Drachmam,  
Baccarum Juniperi contusarum Unciam,  
Cardamomi minoris Drachmam dimidiam,  
Vini gallici albi Libram unam.

Digerantur per horas octo leni calore Colatura. D. S.  
Ter in die cochlear. Erga hydropem prae aliis laudatur  
a Niemann in additamentis ad Heberden Commen-  
tarien pag. 455.

**Vinum stibiatum dulce.**

R Vini stibiatii Drachmam,  
Syrupi Althaeae Unciam. M.

i Chinas  
in statu  
, atonia

atorum

ae quin-  
tihydro-  
Vini ace-

S. Quoti-  
integrum.  
, cum san-

rae add-

ubi inci-  
est. Sed  
pponitur.

Expectorans quod a compluribus in tussi convulsiva laudatur et quidem omni quadrante horae cochlear parvum, donec vomitus insequatur (e. g. Buchholz). Evidem vomitum in tussi convulsiva semper noxium inveni,

### Vinum Trifolii fibrini.

**R** Pulveris Seminum Sinapi Unciam,  
Herbae recentis Trifolii fibrini Unciam di-  
midiam,  
digerantur cum  
Vini rubri Libris tribus. Filtra.

Datur vasculatim in dyspepsia, hydrope et statu intesti-  
norum relaxato, ubi prae aliis medicamentis hoc vino  
potissimum usus est Boerhaavius.

### Vinum Vincetoxici amarum.

**R** Radicis Rubiae Tinctorum,  
— et Foliorum Vincetoxici,  
Summitatum Centaurii minoris ana Unciam.  
Infunde  
Vini iherani,  
Aqua fontanae ana Modum unum et dimi-  
dium.

Coque usque ad Modum unum. Colatura addo  
Syrupi Corticum Aurantii Uncias duas.

Dosis est mane et vespere modi dimidii. Remedium a  
Sydenhamio in ictero summe laudatum commendavit  
quoque Pressavin von Nervenkrankheiten pag. 216,  
Evidem in plurimis ictericis nil efficacius inveni Tinc-  
tura Opii crocata guttatum sumpta et dosi sensim auto-

EX

AD OB

USU

lsiva lau-  
r parvum,  
Equidem  
veni,

**PHARMACOPOEAE  
EX TEMPORANEA E**

PARS SECUNDA,

EXHIBENS

**FORMULAS,**

AD OBSERVATIONES ET PRINCIPIA RECENTIORUM

ACCOMMODATAS,

PRO

**USU AEGROTORUM DIAETETICO**

CUM VIRIBUS ET DOSIBUS.

Unciam

et dimi-  
m.

turae addi-  
luas.

medium &  
mmendavit  
pag. 216,  
veni Tinc  
asim auctio

THAMACOPOLAE

EXTREMOPANAE

LATR SECHENIA

MINIMA

ZALIPIA

MILIOVIA AIA TINNOVIA TE ZEONATAVIA DA

ZALADOMPAZATA

OLY

URN AEGOLODUM DIAWELLO

CUM VITRINA TE DESILLUS

R Fo

Ra

Tu

Ce

Stent  
octo ho  
Ter vel  
gium.

Ch

Bc Pu

Sa

Ba

M. Hu  
vel lact  
et eosd  
parata.  
Chinæ

### Cerevisia Cochleariae.

¶ Foliorum recentium Cochleariae Unciam unam et dimidiam,  
Radicis Raphani rusticani in taleolas minutissimas dissecti Uncias duas,  
Turionum Pini Unciam,  
superaffundantur in lagena vitrea ampla  
Cerevisiae frigidae Libras quatuor.  
Stent vase clauso in infusione frigida per quadraginta octo horas. Colatura per inclinationem vasis detur. S. Ter vel pluries in die poculum. Antiscorbuticum egregium. Plenck.

### Chocolata cum Cortice Peruviano.

¶ Pulveris Nucleorum Cacao leviter tosti Uncias sex,  
Corticis Peruvianai Uncias tres,  
Sacchari albi Uncias octo,  
Balsami Peruvianai nigri Drachmam.

M. Hujus Pulveris cochlearia duo coquuntur cum aqua vel lactis vasculis (Tassen) tribus. Gratioris saporis est et eosdem fere praestat effectus ac reliqua orticis praeparata. Eundem in finem quoque placenta cum Pulvere Chiae parata uti licet.

### Chocolata Lichenis islandici.

**Rx** Fabarum Cacao tostarum et excorticatarum,  
Sacchari albi ana Libras quatuor,  
Lichenis islandici Libras duas,  
Pulveris Radicis Salep Uncias tres.

Hanc ingredientium proportionem commendat Troms-  
dorf (neues Journal der Pharmacie 1. Bd. 1. St. 1817).  
Gratum haec compositio reddit Lichenis usum, ubique  
que hoc opus est.

### Claretum aromaticum, \*)

**Rx** Seminum Anisi,  
— Anethi,  
— Foeniculi,  
— Coriandri,  
— Carvi ana Unciam dimidiam,  
Contusa infundantur per mensem cum  
Spiritus Vini Libris novem.  
Addantur

Sacchari,

Aquae ana Unciae viginti.

Filtrentur. — Incitans et carminativum efficax, cuius  
dosis in dyspepsia torpida aliquis systematis digestivi  
et reproductivi astheniis sit ab uno ad duo cochlearia.

### Claretum Fructuum.

**Rx** Cerasorum dulcium maturorum partes quin-  
decim,

---

\*) Claretum est Spiritus Vini cum Aromate vel Succo  
Fructuum infusus et Saccharo dulcificatus.

Ribesiorum rubrorum partes sex,

Ruborum Idaeorum partes tres.

Contundantur et infundantur per mensem cum  
Spiritus Vini pari quantitate. Succi, ope preli  
expressi, Unciis ducentis et quinquaginta adde

Caryophyllorum contusorum numero virgin-  
ti quatuor,

Vanillae siliquam dimidiam,

Sacchari Libras quatuor.

Elapso mense liquor filtretur. Dosis cochlearia duo.

Antiscorbuticum egregium.

### Coffea cum Cortice Peruviano.

**R** Pulveris Nucleorum Coffeae tostorum Drach-

mas duas,

Corticis Peruviani Drachmam.

M. Coque ut solet.

### Coffea Glandium.

**R** Glandium Quercus tostarum Drachmas sex,

Coffeae tostae Drachmas duas,

Aquaæ communis q. s.

Coquantur aliquantum, dein colatura exhibeat. S. Hoc  
decoctum, addito Saccharo et Lacte, duobus vel tribus  
cyathis hauriatur. Egregium praestat effectum in mor-  
bis infantum, ex debilitate systematis reproductivi, scro-  
phulis, tinea, rhachitide caet.

### Decoctum Foliorum Aurantii.

**R** Foliorum Aurantii Nro. 120 (pondere circi-

ter Unciae unius et Drachmarum sex.)

P

## Decoque in

Aquae pluviaxtilis Unciis viginti,  
spatio duarum vel trium horarum vase clauso;  
colatura adde

Sacchari albi q. s. ad gratum saporem.

Sumat aeger bis, ter, quater, prout necessitas jubet;  
Uncias tres ad quatuor quotidie, aut solas aut mixtas  
cum levi Succolada. (de Haen Rat. med. Pars VI. p.  
310.). Evidem hunc potum optimum inveni in debili-  
tate hypochondriaca intestinalium, vermis et pituito-  
sa viscerum abdominalium cachexia.

## Gelatina Cornu Cervi acida.

Rasurae Cornu Cervi partem unam,

Aquae communis partes octo.

Coquantur leni igne ad partium duarum reman-  
tiam, quae cum expressione coletur. Gelatinae  
admodum calidæ partibus tribus adde

Syrupi Acetositatis Citri partem unam.

Reponantur in loco frigido, ut in Gelatinam abeat. D.  
in pixide clausa. S. Unciae quatuor in die. Nutrit, or-  
gana respirationis demulcit et eorundem irritabilitatem  
auctam minuit.

## Gelatina Lichenis islandici.

Lichenis islandici concisi Uncias tres.

Aquae communis Libras quatuor.

Coquantur lento igne et sub crebra agitatione  
ad tertiae partis remanentiam, quae cum ex-  
pressione coletur et porro ad Libram unam in-  
spissetur, eique admodum calenti admisceantur

Syrupi cuiusdam Unciae tres.

Denique reponantur in loco frigido, usque dum in  
Gelatinam abeant. Dosis Unciae quatuor in die.

### Juscum helicinum.

**R** Helicum parum contusarium Nro. triginta.

Carnis vitulinae Uncias sex,

Aqua communis Libras sex.

Coquuntur per trihorium in olla ad remanentiam Libram duarum, demum filtretur per linteum. In phthisi pulmonali olim laudatum a medicis, Gallicis praecipue, sed raro revera efficax inventum.

### Panada Anglorum.

**R** Panis secalini tosti et tusi Uncias sex,

Corticum Cinnamomi pulverisat. Drachmam dimidiam,

— Citri recentis concisorum Drachmas duas.

Coquē cum

Vini albi Libris duabus. Colatura. D. —

Addere licet colatura Vitellum Ovorum, vel aromata qualiacunque, prouti quis haec vel illa habet in deliciis.

### Potus acidus.

**R** Syrupi Ribitum,

— Rubi Idaeii,

— Berberum ana Unciam.

Infunde

Aquaē ferventis Libras duas.

Refrigerata dentur pro potū ordinario. Bonum antiphlegmaticum in inflammationibus hypersthenicis,

vel:

Rec. Tartari depurati Drachmas tres;

Hordei perlati contusi Drachmas duas.

Infunde

Aquaæ fervidae Libras tres.

Ebulliant paulisper. In colatura sole  
Sacchari Althaeæ Unciam dimidiam.

Pro potu ordinario, ut prius.

vel:

Rec. Aceti concentrati Uncias duas,  
Syrupi Mororum Uncias quatuor.

M. Ad gratum saporem acidum aquæ potui admisendus,  
vel:

Rec. Syrupi Violarum Uncias quatuor,  
Acidi sulphurici diluti Unciam dimidiam.

M. S. ut prius.

vel:

Rec. Acidi tartarici Unciam,  
Syrupi Rubi Idaeæ Uncias duas.

S. ut prius.

vel:

Rec. Aquaæ fontanae Libras quatuor,  
Aceti optimi (s. Succi Citri) Uncias tres,  
Mellis optimi Uncias duas.

Pro potu ordinario.

### Potus Althaeæ.

R. Pasta Althaeæ Unciam dimidiam ad integrum,  
Aquaæ ferventis Libras duas ad tres, —  
stent in loco tepido ad solutionem. —  
In morbis pectoris potus optime demulcens. —

### Potus cum Acidis mineralibus.

R. Acidi phosphorici Unciam dimidiam,  
Aquaæ destillatae,  
Syrupi Rubi Idaeæ ana Uncias tres.

M. D. ad vitrum,

R<sup>d</sup> Acidi phosphorici Unciam dimidiam,  
Vini madeirens. Uncias quatuor.

M. D. ad vitrum.

vel:

R<sup>r</sup> Mixturae sulphurico-acidae,  
Syrup. Rubi Idaei ana Unciam dimidiam.

M. D. ad vitrum.

Omnia haec ad gratum saporem acidum usque aquae admisceantur. — Aliqui acida vegetabilia melius ferunt. His, praeter acidum Citri, sequens praescribendum:

Rec. Acidi acetici Unc. unam,  
Aetheris acetici Drachmam unam,  
Syrupi Rubi Idaei Uncias tres. M.

### Potus Cerasorum.

R<sup>r</sup> Cerasorum nigrorum siccatorum Unciam unam,

Hordei perlati Drachmas sex.

Contusis infunde

Aquae fervidae Libras quatuor.

Ebullient paulisper, dein adde

Syrupi vel Sacchari quantum placet.

Potus antiphlogisticus, Jeniens, in hypersthenius salubris.

### Potus Cornu Cervi.

R<sup>r</sup> Cornu Cervi raspati Uncias duas,  
coque cum

Aquae fontanae mensuris duabus.

donec Cornu Cervi solutum sit, praeter aliquot scoria rejicienda.

Potus saluberrimus, ubi non nisi animali victu opus est,  
e. g. in diabete mellito, praeterea quoque in morbis

pectoris, ubi nutrit absque incitamento, et in diarrhoeas  
et dysenteria propter virtutem involventem.

### Potus gelatinosus.

R. Rasurae Cornu Cervi,  
Gummi Mimosae,  
Micae Panis albi similaginei ana Unciam,  
coque cum  
Aquae fontanae s. q.

Colaturaes Librarum duarum adde.

Syrupi Rubi Idaei Uncias duas.

Notissimus est hic potus sub nomine decocti albi  
Sydenhami. Cum fructu adhibetur, si venena acria  
vel medicamenta drastica deglutita sunt, in dysuria et  
ischuria, in colica pictonum, in diarrhoeis habitualibus  
et ubi reparazione humorum deperditorum opus est.

### Potus Hordei perlati.

R. Hordei perlati Drachmas sex ad septem,  
Gummi Mimosae Drachmam unam,  
infunde.  
Aquae fontanae Libras duas.  
Ebulliant paulisper. Colaturaes adde.  
Sacchari albi quantum placet.  
Mucilaginosus est, demulcens, antiphlogisticus.

### Potus Orizae citratus.

R. Orizae pulveratae Unciam.  
Ebulliat cum  
Aquae fontanae Libris quatuor,  
paulisper, in Colatura solve

Sacchari hordeati Unciam dimidiam,  
adde

Succi Citri Unciam unam.

Pro potu ordinario in morbis hypersthenicis bonum adjuvans diaeteticum.

### Potus Panis triticei.

R Panis duriusculi triticei Unciam unam,

Rasurae Cornu Cervi Drachmas duas,

Coquantur cum

Aquae fontanae Libris quatuor.

Colatura adde

Sacchari Althaeae Unciam dimidiam.

Potus ordinarius salubris in morbis pectoris, intestinorum dysentericis caet.

### Potus Passularum.

R Passularum minorum Uncias quatuor,

Hordei decorticati,

Radicis Liquiritiae ana Unciam dimidiam.

Coquantur cum

Aquae fontanae Libris sex.

Celatura refrigeratae adde

Syrupi Succi Citri Uncias duas.

Potus ordinarius in morbis pectoris aliorumque viscerum hypersthenicis salutaris, alvum leniter ducens.

### Potus Pomorum.

R Pomorum borsdorffianorum decorticatorum  
Uncias decem.

Coquantur in olla clausa cum

Aquae fontanae Modo uno.

Filtra et adde

Nucis moschatae contusae Drachmam,  
Cinnamomi Drachmam semis,  
Panis albi contusi Unciam,  
Vini rhenani Uncias tres,  
Sacchari quantum suff. ad gratum saporem.

Hujus potus reficientis et gratis quotidie aliquot parva pocula bibantur ab aegrotis typho aliisque hujus generis morbis laborantibus,

### Potus Sacchari Lactis.

℞ Sacchari Lactis Unciam dimidiam.

Infunde

Aquae fervidae Libras duas.

Stent ad solutionem.

In morbis pectoris et intestinorum cum irritabilitate aucta utilis, nutritiens.

### Potus spirituosus.

℞ Aquae fontanae Libras duas,

Spiritus Vini rectificati Unciam unam,

Mellis despumati Uncias duas.

Huc referendum quoque Vinum artefactum lusitanicum, cuius compositio in Illustr. Jacobi Wylie Pharmacopoeia castrensi Ruthenica, Petropoli 1803, docetur: Rec. Liquoris fermentati pomorum (Cyder Apfelwein) Libras tres, Alcoholis diluti (Spiritus Vini gallici) Libram unam, Gummi Kino Drachmam unam. — Hi potus, deficiente Vino, eidem substituere licet in morbis asthenicis organorum digestioinis praepue, typho caet.

### Serum Lactis aluminatum.

R Lactis recentis bullientis Libram unam,  
Pulveris Aluminis crudi Drachmam unam  
cum dimidia.

Misce, fiat coagulum et Sero colato adde  
Sacchari albi Unciam unam.

Dosis hujus remedii est Unciarum trium ter in die. Sed optime prospiciendum est, ut limpidum satis et pellucidum sit Serum, quod si non fuerit, addito Albumine Ovi vel Cornu Cervi raspato efficitur. — Egregium sane in Laxitate solidorum, in primis ex haemorrhagiis orta, nutritius et tonicum mite, acido sulphurico praferendum, (cf. Lentini observat. med. Fasc. 2. pag. 69, 70) ubiqueque intestinalium vires ad ejusdem digestionem sufficiunt. Plura v. in observationibus Herzii in Seller's neuen Beitr. zur Nat. und A.W. 1r Bd. S. 125 et Lentini Beiträge zur ausübenden Arzneiwiss. Supplementb. Leipzig, 1808, p. 28 sq.

vel:

Rec. Aluminis Unciam,  
Sacchari Lactis Unciam unam semis,  
Corticis Cinnamomi Drachmam dimidiam,  
M. f. Pulvis divid. in octo partes aequales,  
cujus singula quotidie coquatur in vase ter-  
reo cum  
Lactis vaccini vel caprini Libra una et dimidia,  
donec Lac coagulatur.

Colatura Saccharo ad gratum saporē misceatur. Hujus quantitatis dimidiū sumatur mane et alterum dimidiū Pomeridie. Nutrit Serum Lactis, leniter roborat, in affectibus cachecticis, phthisi et alvi profluviis chronicis salutare.

### Serum Lactis mannatum.

R Manna electae Unciam unam,

Tartari depurati Unciam dimidiam,  
Seri Lactis cum Tartaro depurato parati Un-  
cias sex.

Remedium antiphlogisticum, leniens, cuius dosis omni  
bihorio vasculum dimidium usque ad evacuationem.

### Serum Lactis tamarindinatum.

**R** Lactis vaccini Libram,  
ebulliant in vase idoneo, tunc adde  
Tamarindorum Uncias tres,  
et protrahatur coctio sub crebra agitatione usque dum  
Lac penitus coagulatum fuerit. Tunc Serum coletur.

### Serum Lactis tartarisatum.

**R** Lactis vaccini recentis Libras tres.  
Coque et inter coquendum adde  
Tartari depurati Drachmas duas,  
Succi Citri q. s. f. Serum,  
cui adde  
Sacchari hordeati q. s. ad gratum saporem.  
Antiphlogisticum et leniens.

### Serum Lactis vinosum.

**R** Seri Lactis Libras tres,  
Vini albi generosi Libram unam.  
M. Nutriens et leniter excitans. Promovendis sputis  
in pneumoniae stadio asthenico laudatur a Reilio  
(Fieberlehre II. Bd.)

### Species pro Decocto demulcente.

- R<sup>E</sup> Gummi Mimosae Uncias quatuor,  
 Radicum Althaeae Uncias duas,  
 Seminum Anisi stellati Drachmas duas.

Potus ex hisce speciebus paratus conductit in raucedine,  
 tussi pulmonali sicca, diarrhoeis et dysenteria. Lenit  
 dysuriam, stranguriam et ischuriam.

### Species pro Decocto Infantum.

- R<sup>E</sup> Rasurae Cornu Cervi,  
 Hordei mundi seu perlati,  
 Sacchari Lactis ana Unciam unam.

Decoccum ex hisce speciebus prodest neonatis, quibus  
 lac maternum sugere tam felicibus esse haud contigit.  
 Nutrit et demulcit. Itaque adultis tussi sicca vexatis,  
 phthisin metuentibus, cum aequali portione Lichenis Is-  
 landici paratum cum levamine praeberti potest. Wendt  
 formulae Instituti clinici Erlangensis. 1807.

### Species Herbarum pro Infuso analep- tico.

- R<sup>E</sup> Florum Primulae veris,  
 — — — — — Auriculae,  
 — — — — — Verbasci,  
 — — — — — Meliloti ana Libram dimidiam,  
 — — — — — Hyperici Uncias quatuor,  
 — — — — — Gnaphalii dioici Uncias decem,  
 Foliorum Asperulae odoratae Libram,  
 Florum Arnicae montanae Uncias duas,  
 — — — — — Pruni Mahaleb Drachmas duas,  
 — — — — — Rosae rubiginosae Drachmam,

Foliorum et Florum Thymi alpini Libram  
dimidiam,  
Serpilli Uncias  
quatuor.

Ad Infusum theaeforme hasce Herbas sub nomine der  
Schweizer Wundkräuter cognitas, ob virtutem  
analepticam in affectibus spasmodicis commendat Hanin  
in Journal de Medecine, Chirurgie, Pharmacie etc. Paris  
1812.

### Vinum calidum.

& Vini gallici optimi Modum,  
coque cum

Cinnamomi,

Caryophyllorum,

Macis,

Cardamomi ana Drachma dimidia,

Sacchari Unciis decem. Colatura.

Ad excitationem stomachi et appetitus vasculum mane  
sumptum optime confert.

Caeterum remediorum et nutrimentorum aegro-  
tis commode praescribendorum nimia est copia, quin  
omnia hic, ubi præcipue de medicamentis agendum  
est, enumerare nobis liceat. Quare libros indicare  
sufficiat ubi ampliorem eorundem collectionem in-  
veries, scil. Reyher's allgem. pathologische Diät  
oder Lebensordnung für Kranke. Schwerin 1790.  
Varnhagens Kochbuch für Kranke. Jena 1803.  
Wiener Krankenkochin. Wien 1804.

Libram  
m,  
Uncias  
or,  
mine der  
virtutem  
t Hanin  
etc. Paris

3  
part  
III  
and  
Treasur  
dam en  
y manu  
nientia  
r Isidor  
sia et al  
m manu  
Gbeck  
  
n aegro  
pia, quin  
gendum  
indicare  
nem in  
he Diät  
n 1790.  
a 1803.

# PHARMACOPOEAE EX TEMPORANEAE PARS TERTIA,

EXHIBENS

FORMULAS,

AD OBSERVATIONES ET PRINCIPIA RECENTIORUM

ACCOMMODATAS,

MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM

PRO USU EXTERNO,

CUM HORUM VIRIBUS ET DOSIBUS.

Aces

乙 Su

Ca

A1

Ad fu  
abluen  
Genee:  
Griot  
Harde

Rx Ac

T

L

Li  
M. E

Acetum antimephiticum (Maravillia-  
num.)

R Succi inspissati Allii sativi Uncias duas,  
Camphorae,  
Ammonii muriat. ruditer pulverati ana Un-  
cias duas et Drachmam unam,  
Aceti limpidissimi Libras quinquaginta.

Digere per octiduum vel ultra in amphora  
satis ampla et clausa modico calore et bal-  
neo arenae.

Ad fumigationes in aere mephitico, consergendas et  
abluendis rebus contagio infectis Forster in allgem.  
Genees, Natur en Huishoudk. Jaarboek. 6r Thl. 6. St.  
Griot Diss. sist. Examen Aceti mephitici Maravilliani.  
Harderwick 1794.

Aqua benzoicā.

R Aquae Rosarum Uncias octo,  
Tincturae Benzoes Drachmas tres,  
Liquoris Kali carbonici Drachmas duas.

M. Erga guttam rosaceam (kupfrig Gesicht) loturam  
hujus aquae, simulque usum internum infusi Salviae,  
diaetam aqueam et promotionem transpirationis pedum  
apprise commendavit Piderit med. pract. Archiv 1ter  
Band, pag. 78.

### Balneum incitans.

**R** Pulveris Radicis Serpentariae virginianae Uncias duas,

— — Valeriana sylvestris Uncias quatuor,

Florum Sambuci,

— Chamomillae ana Libram dimid.

Infunde in Aquae bullientis Libris quatuor.  
Stent in Infusione per  $\frac{1}{2}$  horae in vase bene  
clauso; serv. usui. S. No. 1.

Rec. Acidi acetici Libram unam,

Spiritus Vini simplicis' Libras duas.

M. D. ad vitrum Sign. No. 2.

Infusum No. 1. cum Herbis balneo calido infundatur et Mixturae No. 2. omni quarta horae parte Libra eidem addatur, donec gratum aeger calorem sentit. Quibus horum remediorum sumptus nimii sunt, iis nonnisi acetum bonum et, relictis Spiritu et Serpentaria, Vinum et Herbas aromaticas praescribas. — Optimum praebet adjuvans remediorum incitantium in typho aliisque morbis asthenicis.

### Balneum sulphuratum.

**R** Calcariae sulphuratae Uncias duas.

Coquantur in

Aquae fontanae s. q.

Quo facto tota solutio balneo tepido immittatur, et paulo ante usum balnei addantur adhuc

Acidi sulphurici diluti Unciae quatuor.

Aegrotus in balneo omnia exacte conguassando misceat.  
Egregium hujus balnei usum in affectibus arthriticis et  
morbis cutaneis exanthematicis omnes medici noverunt.  
Caeterum de balneis artificialibus conferatur Döberer

ner's Anweisung zur Verfertigung aller künstlichen  
Bäder, 1816.

### Balsamum aromatico-aethereum.

- ℞ Olei Nucistae Unciam unam,
- Florum Lavendulae,
- Menthae crispae,
- Foeniculi ana Scrupulum.

M. Externe in frictionibus applicatum spasmis et doloribus asthenicis cum successu opponitur.

vel:

- Rec. Olei Nucistae expressi Drachmas duas,
- Castorei Scrupulos duos,
- Ammonii carbonici pyro-oleosi Scrupulum dinodium,

Olei Rutae Guttas sex,

M. f. Balsamum admódum fragans, quod in affectibus hystericis naribus admoveatur vel temporibus illinatur.

vel:

- Rec. Mixturae oleoso-balsamicae Unciam,
- Liquoris Ammonii caustici Drachmam,
- Olei Chamomillae aetherei Guttas viginti,
- Spiritus Vini rectificatissimi Unciam dimidiadim. M.

Prae aliis laudatur ad lotionem frontis, palpebrarum et genarum in debilitate oculorum a Loebel von Loebenstein in Horn's Archiv für medizin. Erfahrung.

1811. Novbr. Decembr.

vel:

- Rec. Balsami Peruviani Grana quindecim,
- Olei Lavendulae,
- Majoranae,
- Caryophyllorum,
- Serpylli,
- Rutae,

Q

Olei Succini ana Guttas decem.

Mixtis adde

Spiritus Vini rectificatissimi Uncias quinque.

In debilitate visus, amblyopia et affectibus amauroticis  
regioni oculorum infricandum hoc remedium commendat  
Himly ophthalmologische Bibliothek 1. Bd. 1. St. Hau-  
nover 1816.

### Balsamum commune.

R Terebinthinae communis Libram,

Cerae citrinae,

Olei Terebinthinae,

Oxymellis simplicis ana Uncias duas.

Colliquefiant Cera et Terebinthina et tera-  
tur Oxymel et Oleum sub refrigeratione.

Unguenti basilici et digestivi loco optime uti licet ho-  
Balsamo ob vim digestivam, vulnerarium purificantem  
maturantem, et suppurantem. Praecipuus, qui id con-  
mendavit, auctor fuit Frahm Beschreibung einer neu-  
Methode veraltete Geschwüre zu heilen. Altona 1794.

### Balsamum opiatum.

(anodium Bathae.)

R Saponis medicati Unciam,

Opii Drachmam,

Spiritus Vini rectificati, q. s.

ad solutionem per digestionem. Adde

Camphorae Drachmam dimidiam,

Olei Rorismarini Drachmam.

Ob vires anodynæ, resolventes hoc remedium a B.  
thio diu in arcanis habitum insignem laudem acq.  
sivit.

Balsamum terebinthinatum (Basvillia-  
num.)

¶ Olei Terebinthinae Uncias tres,  
 Kali carbonici Unciam unam et dimidiam,  
 Saponis veneti (medicati) Uncias duas,  
 Aquae pluvialis Libram unam et dimidiam.  
 M. adde

Spirit. Matricariae vel Juniperi Uncias duas.

Hujus Balsami Uncis duabus addantur Olei Culilaban.  
 Gutt. L. Tanquam praestans antarthriticum laudatur in  
 Actis Harlemonibus Tom. 2. pg. 1. sq. in Sandi-  
 fort Bibliotheca Vol. IX. pg. 529 et Hodenpyl Diss.  
 cont. disquisitionem num arthritis ab acido urico per-  
 verse secreto pendeat. Lugd. Bat. 1802.

Cataplasma ammoniacale.

¶ Pulpae Cassiae Unciam,  
 Olei Amygdalarum dulcium Unciam dimid.  
 Elaterii,  
 Liquoris Ammonii carbonici aquosi ana  
 Drachmas duas.

M. In affectibus anginosis Scarlatina laborantium ex-  
 terne admovendum hoc cataplasma commendant R. A.  
 Vogel (praelect. academ. p. 140) et L. F. B. Lentz  
 (Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft. Dritter  
 Band, Leipzig 1804. pg. 6).

Cataplasma Cicutae.

¶ Pulveris Herbae Malvae Uncias quatuor,  
 coque cum Lacte, sub finem adde  
 Pulveris Herbae Conii maculati Unciam,  
 Butyri recentis Uncias tres.

M. f. Cataplasma molle. Egregia in genere inest cataplasmatisbus Cicutae, calide admotis, vis sopiens, emolliens, suppuratoria caet. — In singulari praeterē casu tineae capitis cataplasmata secundum hanc formulam præparata, tepide tineae continuo imposita, donec omnes crustas deciderint, cum aliis quibusdam optimi effectus inveni.

### Cataplasma cum Opio.

℞ Farinae Seminis Lini Uncias quātuor,  
coque cum

Aquae fontanae s. q.

ad consistentiam Cataplasmatis, cui addo

Opii Drachmam semis.

Calide applicatum doloribus sopiendis quandoque plurimum prodest.

### Cereoli cum Kali caustico.

℞ Kali caustici siccī (vel Hydrargyri muriati cōrrosivi) Grana quātuor,

Extracti Opii Drachmam unam,  
solvantur in

Aquae fontanae Unciis duabus,  
adde

Gumini Mimosae q. s. ut Solutio fiat spississima  
quo facto fila tam diu immergantur et siccentur, donec  
formam exactam accipient. Gonorrhoeae chronicæ  
nandæ horum Cereolorum applicationem efficacissimam  
invenit Hecker (deutliche Anweisung die verschieden  
denen Arten des Trippers genau zu erkennen etc. El  
furt 1802.

### Cereoli Lithargyri.

(Hunteri.)

℞ Olei Olivarum Libras duodecim,

Cerae flavae Libram unam,

Lithargyri Libram unam cum dimidia.

Bulliant leni igne per horas sex ad usque consistentiam emplastri. Tum formentur candelae. (Bertrandi opere anatomiche e chirurg. Tom. VI. pg. 367).

### Collutorium aluminosum.

(adstringens)

℞ Corticis Quercus junioris Drachmas sex,

coque cum

Aquae fontanae Libra una cum dimidia.

Colatura Librae unius adde

Aluminis Drachmam dimidiam,

Spiritus Vini Unciam unam cum dimidia.

In cynanche asthenica] catarrhali, (conf. Frank Epitome lib. II. pg. 117) in affectibus oris scorbuticis et sahytatione ex relaxacione glandularum prodest.

### Collutorium Catechu saturninum.

℞ Catechu Drachmas tres.

Coque cum

Aquae Calcis Unciis duodecim,

ad remanentiam Unciarum octo. Colatura Librae adde

Plumbi acetici Scrupulum,

Mellis Rosarum Uncias duas.

Ad aphthas in ore pro Collutorio apprime commendatur ab Allen et Unzero (med. Handbuch. Leipzig 1789. pag. 117) qui etiam hujus Liquoris aliquid, sed adultis

solummodo deglutiri jussit, cum successu egregio et absque ullo detimento.

### Collutorium Myrrhae.

**R** Herbae Salviae Unciam dimidiam,  
infunde

Aquae fervidae q. s.

Colaturaे Unciarum sex adde

Tincturae Myrrhae Drachmas duas,  
Mellis Rosarum Uncias duas.

In corruptione gingivarum scorbutica.

### Collutorium Sinapi.

**R** Pulveris Seminum Sinapi Unciam,

Vini albi Libram.

Infundantur frigide per sex horas. Colatu  
rae adde

Tincturae Cinnamomi Uncias duas.

Cochleatim saepius per diem in ore tenendum. Masti  
catorium est, ad incitationem partium oris paralytica  
rum, praesertim linguae prodest.

### Collutorium Zinci.

**R** Zinci sulphurici Grana quindecim,  
solve in

Infusi Salviae officinalis Uncii sex.

Ill. Richter (chirurg. Bemerkungen) hoc collutorium  
egregium invenit in ulceribus linguae malignis. Nam in  
uno hujus morbi casu ulcus linguae magnum et rebelle  
istò remedio saepius in ore detento, purificatum est,  
omnis duries evanuit et vulnus Decoto Chiae cum  
Alumine penitus sanatum, repletum est.

### Collyrium aluminosum.

- R Aluminis crudi Scrupulos duos,  
 Gummi Mimosae Drachmam,  
 solve in  
 Aquae Rosarum Unciis quatuor.  
 vel:  
 R Albuminis Ovi Num. unum,  
 Aluminis crudi Grana octo,  
 Aquae Rosarum Unciam.  
 M. Conquassentur,  
 f. Collyrium, cui linteum molle, oculo imponendum  
 imbuatur. In ophthalmia humida cum relaxatione par-  
 tium et superato jam primo ophthalmiae acutae stadio  
 optime prodest. Cacterum Aquae Rosarum insunt ef-  
 fectus leniter adstringentes, adeo ut aquam destillatam  
 eidem vix ac ne vix quidem substituere liceat.

### Collyrium boracicum.

- R Boracis Drachmam dimidiām,  
 Sacchari albi Drachmam unam,  
 Aquae Rosarum Uncias duas.  
 M. In maculis corneae, quibus corneae pelluciditas pa-  
 titur, guttātim oculo instillandum. Eundem in finem  
 quoque adhibere licet Aeruginem et Hydrargyrum mu-  
 riaticum corrosivum hoc modo:

Rec. Aeruginis Grana quatuor,  
 Ammonii muriatici depurati Drachmam dimi-  
 diām,

Aquae Calcariae ustae Uncias octo.

Misce exacte.

et

Rec. Liquoris Hydrargyri muriatici corrosivi Gut-  
 tam unam,

Aquae destillatae Uncias quatuor.

Misce.

### Collyrium Hydrargyri corrosivi.

(Aqua ophthalmica Conradi.)

R Aquae Rosarum Uncias sex,

Hydrargyri muriatici corrosivi Granum unum,

Tincturae Opii crocatae Drachmam dimidiam.

Laudatur ab auctore Conradi in ophthalmis chronicis catarrhalibus et scrophulosis, secundariis post variolas, et ophthalmis neonatorum. Ejus efficacia confirmatur a Beorio (in Loders Journal für die Chirurgie, II. Bd. 5. St. Jena 1799). Hic ut plurimum nonnisi quatuor Uncias Aquae et Tincturae Opii crocatae Scrupulos duos prescripsit. Semper vero nonnisi Gutta una ad duas bis vel ter in die oculo instilletur. Eadem fere remedia continet, sed ob majorem Hydrargyri quantitatem nonnisi in majori membranae conjunctivae insensibilitate et atonia, quoque guttatum, adhibeatur haec compositio:

Rec. Aquae Chamomillae Unciam,

Seminum Cydoniorum Grana viginti,

fiat Mucilago, cui immisceantur

Tinctuae Opii simplicis Guttas decem,

Hydrargyri muriatici corrosivi Granum unum.

### Collyrium Hyoscyami.

R Extracti Hyoscyami Grana decem,

solve in

Aquae destillatae Uncia dimidia.

Extractis narcoticis, hinc etiam hoc Collyrio, oculo externe admotis iris paralytice afficitur, adeoque pupilla dilatatur ita ut lentis conditionem apertius et accuratius inspicere liceat, quod in cataractae dijudicatione et operatione egregie prodest. Quia de causa primus, qui haec docuit. Ill. Hinly, cuius Collyrio nomen dedit Collyrii probatorii (v. Ej. Ophthalmologische Bibliothek 3ter Bd. 2tes St. pag. 53). Porro quoque solutionem

Extracti  
ois trib  
cum illa  
lummod  
flammati

R Alt  
Plu

Aq  
f. Colly  
imbuati  
jam ev  
hirudin

Co

R Ph  
Op  
Se

quam  
daveru  
sthenia  
praeste

Solve,  
tepid  
effectu  
die W

Extracti Hyoscyami Scrupali in Aquae destillatae Unciis tribus egregiam inventi usui externo in ophthalmia cum illa palpebrarum constrictione spastica; quam solummodo sensibilitas aucta sustinet, absque magno inflammationis activae gradu.

### Collyrium saturninum.

R Aluminis crudi Drachmam,  
Plumbi acetici Grana decem,  
solve in

Aquae Rosarum Unciis quatuor,

f. Collyrium, cui linteum molle, oculo importundum imbuatur. Egregium in ophthalmia acuta, praemissis jam evacuationibus sanguinis per venaesectionem, vel hirudines vel scarificationes.

### Collyrium saturninum cum Opio.

R Plumbi acetici Grana tria,  
Opii purissimi Grana quatuor,  
Seminum Cydoniorum Grana sex.

Fiat cum sufficiente quantitate Aquae Rosarum Emulsio Unciarum duarum vel trium, quam Boerhaavia et Heuermannus jam commendaverunt, cum in ophthalmia acuta, sedata jam hyperesthesia, ad Guttam unam in oculum recepta optimos praestet effectus,

vel:

Rec. Aquae saturninae Goulardi,  
— Rosarum ana Uncias duas,  
Opii Grana octo.

Solve, In spastica praecipue palpebrarum constrictione, tepide linteorum ope oculo impositum egregios praestat effectus. v. Conradi in Arnemanns Magazin für die Wundarzneikunde 1. Bd. 1. St. pg. 56.

culo ex  
pupilla  
accura-  
tione et  
rus, qui  
en dedit  
Bibliothek  
utionem

vel:

Rec. Seminum Cydoniorum Grana sex,  
 Plumbi acetici Grana tria,  
 Aquae Rosarum,  
 — Foeniculi ana Uncias duas.

M. adde

Tincturae Opii crocatae Drachmam unam semis.

Laudatur egregie a Schneidero (chirurg. Gesch. II.  
 T. pag. 37) in ophthalmia humida cum hypopio. Ipse  
 quoque bonum inde effectum vidi ad resolutionem et  
 absorbtionem hypopii.

### Collyrium e Zinco sulphurico.

R<sup>x</sup> Zinci sulphurici Grana tria,  
 Albuminis Ovi Num. unum,  
 Aquae Rosarum Unciam unam et dimidiam.  
 M. f. Collyrium, cui linteum molle, oculo imponendum  
 imbuatur. Frequentissime adhibetur in ophthalmia acu-  
 ta, sed imminuta nonnisi hypersthenia universali et to-  
 pica per apta remedia, applicandum.

vel:

Rec. Zinci sulphurici Granum unum, solve in  
 Aquae Rosarum Uncia una, adde  
 Mucilaginis Seminum Cydonior. Drachmam.

In ophthalmiis acutis post evacuationes sanguinis, si  
 iisdem opus est, efficacissimum. Loco Zinci sulphurici  
 etiam plumbo acetico uti licet.

### Collyrium Zinci saturnino-campho- ratum.

R<sup>x</sup> Aquae destillatae Uncias decem,  
 Zinci sulphurici Scrupulum,  
 Aceti saturnini Drachmam dimidiam,  
 Spiritus camphorati Drachmas duas. Misce.

Hanc co-  
 in blep-  
 neonato  
 Biblioth-  
 stadio  
 eadem  
 ingredie-  
 jam se-  
 denique  
 praescri-  
 Merito  
 micae

Re

M. f. I  
 tuor,  
 ceatur  
 datur  
 vero a  
 natoru  
 tat, hi  
 hibetur  
 ter Bar  
 phorae  
 vere se

R<sup>x</sup> F  
 A

T  
 B

D. S.  
 Optim  
 tem p

Hanc compositionem prae aliis commendat I. A. Schmidt in blepharobennorrhœa sive ophthalmia vulgo sic dicta neonatorum in Himly und Schmidt ophthalmolog. Bibliothek III. Bd. 2. St. In summo enim hujus morbi stadio bis vel quater in die oculorum lavacrum cum eadem instituere, ubi vero pluries eadem uti opus sit, ingredientium quantitatem diminuere suadet. Mitigata jam sensibilitate stadii secundi nimia, versus tertium denique stadium compositioni secundum hanc formulam praescriptae, convenienter additur Aluminis Scrupulus. Merito substituitur hoc Collyrium aquae ophthalmicae Bateanae, cui haec est compositio:

Rec. Vitrioli romani,  
Boli armenici ana Uncias quatuor,  
Camphorae Unciam.

M. f. Pulvis, cui infunde Aquae fervidae Libras quatuor, Liquoris colati refrigerati Drachma ad usum misceatur cum Aquae fontanae Unciis duabus. Commendatur quidem haec compositione a compluribus, praecipue vero a Ware, ad usum externum in ophthalmia neonatorum. Sed in summo hujus morbi stadio nimis irritat, hinc in decrescente tantum morbo cum effectu adhibetur, conf. Himly's ophthalmolog. Bibliothek Dritter Band 2. St. Praeterea quoque in Aqua Bateana Camphorae nonnisi pauxillum et Boli plane nihil in Aqua vere solvitur.

### Cosmetica.

**R** Furfuris amygdalini Drachmas duas,  
Aqua Rosarum,  
— Florum Naphae ana Uncias octo,  
terendo fiat Emulsio, adde  
Tincturae Benzoes Drachmas duas,  
Boracis Drachmam unam.

### D. S. Aqua Cosmetica.

Optimum remedium ad dealbandam et molliendam cutem palmarum manuum est pulvis ex pulvere iisdem in-

semis.  
ch. II.  
Ipse  
iem et

idiam.  
endum  
ia acu-  
et to-  
ve in  
umam.  
nis, si  
phurici

ho-

Misce-

fricando, subtilissimo Radicis Ari maculati et Aqua. Ad dealbandam et emolliendam totam cutem optime prodest puls ex Oryza per octiduum in Aqua detenta, cum unius fructus Citri medulla, Sacchari albi Uncia dimidia, Camphorae Granis duodecim. et Aquae Rosarum sufficiente quantitate. In cutis impuritate, desquamatione et oedemate conductit lotio cum solutione Saponis boracini in Aqua Rosarum cum additamento Tincturae Benzoe vel Solutionis Saponis medicati in Spiritu Vini. — Inter Pulveres dentifricios optimus est ex Carbone Tiliae siccato, et inter Tincturas pro confirmandis gingivis optima est illa ex Spiritu Vini rectificato, Spiritu Cochleariae, Kino et Aqua Rosarum. — Ad promovendam crinium increscentiam optime prodest lotio Decociti Radicis Graminis cum Cerevisia, addito Spiritu Frumenti.

### Cucuphae.

**R** Florum Chamomillae romanae,  
Herbae Menthae crispae,  
— Rutae,  
Radicis Calami aromatici ana Uncias tres,  
Camphorae Drachmas sex.

M. s. Pulvis grossiusculus. Hujus pulveris aliquot manipuli calefacii Spiritu Frumenti calido inspergantur, dein capiti imponantur, ubi calore suo, principio aromatico et frictione egregium praestant effectum in sopore, commotione cerebri, aliisque affectibus asthenicis localibus (conf. Horns Archiv für medicin, Erfahrung V. Bd. 1. St. p. 108).

### Emplastrum ex Ammoniaco.

**R** Gummi Ammoniaci q. v.

solve in

Aceti Vini s. q.

a. Ad  
prod-  
, cum  
dimi-  
sarum  
matio-  
aponis  
icturae  
a Vini.  
arbore  
lis gin-  
Spiritu  
moven-  
Decociti  
umenti.

inspissetur ad consistentiam emplasti. Hoc emplasto  
stris linteis illito, et capiti, crustis antea mollitis et so-  
lutis, per sex septuaginas imposito, tinea capitis sanatur.  
(Inventor hujus methodi fuit Evers).

### Emplastrum anglicanum vesicatorium.

Tela sericea (Tafft) obducatur primum solutio-  
ne Collae Piscium, deinde Tinctura Cantha-  
ridum concentrata et cum Euphorbia parata,  
denique iterum solntione Collae Piscium ad-  
dito Succo Cacti Opuntiae.

Vesicas extollit haec tela et cuti inhaeret. Devilliers  
in Journal de Medecine, de Chir. et de Pharm. par J.  
Sedillot. 1815.

### Emplastrum aromaticum.

Rx Cerae flavae Unciam dimidiam,  
Tacamahac Drachmam,  
Pulveris Caryophyllorum aromatic. Drach-  
mam semis.

Olei Palmarum Guttas quindecim,

— Florum Myrist. express.

— Menth. destillat. ana Guttas quinque.

M. Epigastrio impositum stomachum incitat. (Rob.  
Whytt.)

vel:

Rec. Galbani,  
Tacamahac,  
Cerae,  
As. foetid.  
Cumini roman.  
Terebinth. ana.

In affectibus hystericis parti affectae impositum efficax,  
(R. Whytt.)

vel:

Rec. Lithargyri Libras duas,  
 Olei Olivarum Libras duas cum dimidia,  
 Cerae flavae Libram,  
 Terebinthinae,  
 Olei laurini ana Uncias quatuor,  
 Gummi Opoponacis,  
 — Bdellii,  
 — Ammoniaci,  
 — Sarcocollae,  
 — Olibani,  
 — Myrrhae in lachrym. ana Uncias duas.  
 Aloes succotri. Unciam,  
 Radicis Aristolochiae Uncias duas,  
 Camphorae Uncias tres.

M. f. l. a Empl. Egregie laudatur in Metastasibus lacteis puerperarum, in tumoribus lacteis mammarum et in periodo, ubi foeminae lactare desinunt ab A. J. Chrestien (de la methode iatroliptique. Montpellier an XII). Moli corio illitum aliquot horas post partum imponatur mammis et hinc inde renovetur. Quae lactationem desinunt, iis ante applicationem emplasti lac e mammis exprimi oportet.

### Emplastrum Galbani.

Rx Gummi Galbani Unciam,  
 Tincturae Castorei q. s.

F. Emplastrum, incitans, antispasticum in Colica abdomini, in Gastrodynia Cardiae imponendum.

### Emplastrum Galbani camphoratum.

Rx Empl. de Galbano crocat. Unciam dimidiam,  
 Camphorae,  
 Petrolei,  
 Ammonii carbonici crystallisati ana Drach-  
 mam dimidiam.

M. In rheumatismis asthenicis, cum sensatione paralytica, omnibus irritamentis externis praferendum. Hufeland et Rademacher in Hufelands Journal 8ter Band. pag. 152.

### Emplastrum Galbani saturninum.

℞ Emplastrum de Galbano croc.

— Ammoniaci,

— Lithargyri compositum ana  
Unciam dimidiam,

Camphorae Scrupulos duos.

M. Cf. Fritze med. Annalen für Aerzte und Gesundheitliebende. Erster Bd. Leipzig. 1781. pg. 315.

### Emplastrum Lithargyri adhaesivum.

℞ Emplastri Lithargyri simplicis,

Picis burgundiæ,

Colophonii ana.

Primus hanc compositionem praescripsit Weinhold ad emplastra, quibus ad methodum Bayntoni ulcera inveterata contrahuntur et sanantur. Sed apprime quoque laudatur ad reunionem vulnerum ab Ill. B. a Siebold in Salzb. med. chir. Zeitung II. Bd. 1812. no. 27.

### Emplastrum moschatum.

℞ Cerae albae,

Spermat. Ceti ana Unciam semis,

Camphorae Drachmam semis,

Castorei,

Moschi ana Scrupulum,

Olei Cajaput Guttas decem.

Colliquescant. M. In forma Emplastri genae dolenti impositum remedium antiodontalgicum praebent. Hufeland.

### Emplastrum opiatum cum Ammonio.

℞ Emplastr. de Galbano crocat. (Ammoniaci foetidum) Unciam unam,  
Petrolei Drachmas duas,  
Camphorae,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi,  
Opii puri ana Drachmam semis.

M. Hoc emplastrum regioni hepaticae imponendum tanquam adjuvans medicamentorum erga hepatis obstructionem et atoniam commendat Hufeland, (s. Kausch medicin. Erfahrungen in Briefen pg. 436).

vel:

Rec. Extracti Conii maculati Unciam semis,  
— Hyoscyami,  
Pulveris Opii ana Drachmas duas.

Misce frigide. Dolores spasticos sopit. Althof,

### Emplastrum Peruvianum.

℞ Balsami Peruviani Drachmas duas,  
Opii puri Scrupulum,  
Emplastri Diachyli cum Gummatibus q. s.  
M. f. Emplastrum, cuius portio illinetur telae sericeae.  
Efficax in paralysi rheumatica, et rheumatismo chronicō.

vel:

Rec. Emplasti opati Unciam unam semis,  
Camphorae Scrupulum,  
Balsami Peruviani q. s.

M. f. Empl. D. Epigastrio impositum in cardialgia efficax.

℞ Fici  
Gal  
Pip  
Ole  
M. f. ei  
pacis an  
dem in  
macopoe

℞ Em  
Resi  
Ter

Tar  
Ubicunq  
convulsiv  
laudatur  
Heilk. 18  
morbis o  
impositur  
trini Dra  
für Ophl  
1816.

℞ Deco  
Aceti  
M. — M  
citat.

### Emplastrum piperitum.

Rx Picis Uncias duas,  
Galbani,  
Piperis tenuiter contusi Drachmas tres,  
Olei laurini q. s.

M. f. emplastrum alutae illinendum. Sub nomine dro-  
pacis antiperalytici commendatur a Plenckio. Equi-  
dem in paralysi ab hoc et ab emplastro aromatico Phar-  
macopoeiae Borussicae egregios vidi effectus.

### Emplastrum stibiatum.

Rx Emplastri Resinae Pini (Pharm. Borussicae)  
Unciam,  
Resinae Pini Unciam dimidiam,  
Terebinthinae Venetae Uncias tres.  
Liquatis admisce

Tartari stibiati Unciam unam et dimidiam.

Ubicunque usu Tartari stibiati externo opus est, in tussi  
convulsiva, effectibus paralyticis, tumoribus solvendis,  
laudatur a Niemann in Hufelands Journal d. pract.  
Heilk. 1813. Septembr. — Epispasticum perpetuum in  
morbis oculorum salutare, et in tussi convulsiva pectori  
impositum, ex Tartari stibiati Drachma et Emplastri ci-  
trini Drachmis tribus, commendat Himly Bibliothek  
für Ophthalmologie. Ersten Bandes ites St. Hannover  
1816.

### Enema aceticum.

Rx Decociti Avenae decorticatae Uncias sex,  
Aceti Vini Uncias duas.  
M. — Motum peristalticum auget — vires leniter ex-  
citat.

R

### Enema cum Acido minerali.

**R** Mucilaginis Seminum Cydoniorum infuso  
Florum Chamomillae parati Libram unam,  
adde

Acidi phosphorici (seu sulphurici seu muria-  
tici seu nitrici) Guttas 10 — 15 — 20 —  
30 — 40.

Ubicunque acida mineralia indicantur, praecipue vero  
in initio sphaceli. Gustu autem explorandum est, an  
ne Acidum Mixturee additum eandem nimis acrem red-  
dat, adeoque magis diluendum sit. Ubi opus est, Vini  
hispanici Uncia dimidia ad unam, vel Infusum Serpen-  
tariae addi potest.

### Enema amylaceum.

**R** Amyli Unciam dimidiam,  
coq. per momentum in  
Aqua fontanae Uncias sex,  
adde

Mucilaginis Seminum Cydoniorum Uncias  
quatuor.

S. Tepide injiciendum in diarrhoea et dysenteria. In-  
volvit et sopit.

### Enema camphoratum.

**R** Infusi Radicis Valerianaee seu Angelicae Un-  
cias quatuor,

Aceti camphorati Uncias duas.

Incitans, adjuvat usum remediorum incitantium in ty-  
pho aliisque astheniis. —

vel:

Rec. Decocci Corticis Chinae Uncias sex,  
in quo solve

nfuso  
nam,  
nuria-  
20 —  
e vero  
st., au-  
m red-  
t, Vini  
Serpen-

Camphorae cum Vitello Ovorum subactae Scru-  
pulm,  
Tincturae Opii crocatae Drachmam dimidiam,

**Enema Chamomillae.**

℞ Florum Chamomillae Drachmas sex,  
Seminum Lini Unciam unam,  
coq. cum  
Lactis s. q. Colaturaे Unciarum septem  
adde  
Olei Lini Unciam unam.

**Enema camphoratum Chineæ cum Asa  
foetida.**

℞ Decocti Corticis Peruviani Uncias quatuor,  
Asae foetidae Drachmam unam,  
solve et Colaturaē adde  
Camphorae cum Vitello Ovorum q. s. sub-  
actae Scrupulum unum,  
Tincturae Opii crocatae Drachmam dimid.  
Validum excitans, roborans et antispasmodicum.

**Enema Chineæ cum Acido sulphurico.**

℞ Corticis Quercus Unciam,  
coque cum  
Aquaæ fontanae s. q.  
Colaturaē Unciarum sex adde  
Acidi sulphurici diluti Drachmam unam ad  
duas.

In affectibus colliquatibus intestinorum, diarrhoea, et  
lienteria.

**Enema Chinae cum Opio.**

℞ Extracti Corticis Peruviani Unciam dimid.  
solve in

Aquaæ fervidæ Unciis quatuor,  
adde

Olei Olivarum Unciam dimidiæ,  
Tincturae Opii simplicis Guttas octo.

Commendatur a Macbride, Therapia, Vol. II. pg. 549.

**Enema Hyoscyami.**

(antispasticum.)

℞ Herbae Hyoscyami nigri,

— Ledi palustris,

Summitatum Millefolii,

Foliorum Aurantii,

Radicum Valerianæ minoris q. I. M.

Drachmae, duae cum Uncia integra vel Sesquiuncia Aquaæ coquuntur et decoctum per filtrum trajectum tepide injicitur. In pertinacissimis nervorum affectionibus, motibus convulsivis et haemorrhagiis enormibus, praesertim vomitu cruento et tussi cruenta a spasmis et obstructi-  
nibus imi ventris provenientibus, magna ab usu horum enematum vidit Wendt (Formulae medicamentorum Instituti clinici Erlangensis. 1807.).

**Enema Malvae.**

(emolliens.)

℞ Herbae Malvae Drachmas duas,

coque per quadrantem horæ cum

Aquaæ s. q.

Colaturaæ Unciarum decem add.

Olei Lini recentis Unciam.

Aliud ejusmodi Enema emolliente obtinetur, si Butyri recentis in taleolas secti Unciis quatuor paulatim affunduntur Infusi Chamomillae fervidi Unciae octo, et strenue conquassando uniuntur. Id tepide et ad dimidiam partem porrectum, intestinum, in quo Butyrum in coagulum diutius remoratur, relaxat.

### Enema mannatum.

℞ Manna calabrinae Unciam unam ad duas,  
coctione solve in  
Aqua destillatae q. s.  
Colatura Unciarum sex adde  
Olei Ricini Vitello Ovi No. 1 subacti Un-  
ciam unam ad duas,  
Hydrargyri muriatici mitis Scrupulum unum,  
Pulveris Radicis Ipecacuanhae Drachmam  
dimidiam ad Drachmam unam.  
Deficiente Oleo Ricini ejus effectum praestat Infusum  
Radicis Jalappae. Laxando satis fortiter agit.

### Enema mercuriale.

℞ Hydrargyri muriatici mitis Scrupulum unum,  
Amyli Unciam,  
Gummi Mimosae Unciam dimidiam.  
Triturando adde  
Aqua calidae Uncias octo.

Hoc Enemate ut licet ubi majorem Hydrargyri quanti-  
tatem per plures vias in corpus transigere opus est v.  
c. in typho acutissimo vel febre flava.

vel:

Rec. Hydrargyri muriatici mitis,  
Pulveris Radicis Ipecacuanhae ana Scrupulum  
unum,

Olei Lini Unciam unam,  
Infusi Florum Chamomillae Uncias octo.

M. S. Tepide injiciendum in spasmis violentis et tensionibus dolorificis intestinorum. Laudatur ab auctoriis de febre flava v. Römer Zusätze zu seiner Uebersetzung von Palloni, Zürich 1805.

vel:

Reo. Hydrargyri muriatici corrosivi Grana sex,  
solve in

Infusi Seminum Lini Unciis octo.

Fortissimum est remedium erga ascarides in intestino recto. Lentini,

### Enema nitricum.

**R** Decocti Hordei Uncias decem,

Kali nitrici Drachman,

Mellis Unciam.

M. — Antiphlogisticum est, efficax in hyperstheniis ad jumentum.

### Enema Sabadillae.

**R** Seminis Sabadillae Drachmas duas,  
coque cum

Aquae Unciis decem.

Colaturaec Unciarum septem adde

Lactis vaccini Uncias septem.

Laudatur erga ascarides a Lentini Beiträge III. pg. 8<sup>o</sup>. Eundem in finem quoque uti licet hoc Enemate: **R** Herbae Absinthii Drachmas duas, coque cum Aquae fontanae s. q. Colaturaec Unciarum triam adde Extracti Aloes Grana sex. Niemann in additamentis ad Heberdenii Therapiam.

### Enema cum Sale amaro.

Rx Florum Chamomillae Uncias duas,  
Seminum Lini contusorum Unciam unam,  
coque cum

Aquaæ fontanae q. s.  
Colaturaæ Unciarum sex adde  
Magnesiae sulphuricae Unciam dimidiam,  
Olei Lini recentis Unciam unam et dimid.

Misce. vel aliud:

Rec. Decocti Avenae decorticatae Uncias octo,  
Magnesiae sulphuricae (vel Natri sulphurici)  
Drachmas duas,  
Saponis medicati Unciam dimidiam.

M. — Utrumque antiphlogisticum est et alvum laxat.

### Enema Seri cum Nitro.

Rx Seri Lactis cum Tartaro parati Uncias qua-  
tuor,

Kali nitrici Drachmam unam,  
Oxymellis simplicis Unciam unam.

M. Antiphlogisticum est et leniens.

### Enema Tanaceti.

Rx Herbae Tanaceti,  
Radicis Valerianæ ana Drachmas tres,  
infunde cum  
Aquaæ fontanae fervidae Unciis octo.  
In Colatura solve  
Asae foetidae cum Vitello Ovi subactae Drach-  
mam dimidiam,  
Olei Tanaceti Drachmam.

H. pg. 8<sup>o</sup>  
te: Rec  
im Aquæ  
e Extrac  
is ad H<sup>o</sup>

Enema anthelminticum efficax, ascaridibus praecipue insiticum. Hisce perimendis inserviunt quoque enemata ex Lacte cum Allio cocto, ex Oleo Nucum, ex Aceto al.

### Enema terebinthinatum.

R<sup>g</sup> Lactis dulcis Uncias octo,  
Terebinthinae venetae Vitello Ovi subactae,  
Electuarii Theriacae ana Unciam dimidiam,  
Mellis Rosarum Unciam unam.

M. f. clyisma — in dysenteriis chronicis et diarrhoeis colliquatibus efficacissimum. Voltelen (Pharmacol. universal. P. II.)

### Fomentum Acidi nitrici.

R<sup>g</sup> Acidi nitrici fumantis Drachmam,  
Aqua destillatae Libram.

In impetigine herpetico et scabioso lotio cum hoc fomento et frictio Unguenti Acidi nitrici plerumque prodest cf. Burdach, die neuesten Entdeckungen in der Heilmittelrethe Leipz. 1806. pag. 16 seq. Pediluvia ex Aqua acida in eadem proportione mixta, in rheumatismis, arthritide et tumoribus ossium et ligamentorum in pedibus, saepius utilissima sunt.

### Fomentum Acidi phosphorici.

R<sup>g</sup> Acidi phosphorici Unciam,  
Decociti Florum Chamomillae Uncias octo.  
Usui externo in carie ossium hoc fomentum, ductibus quoque fistulosis injiciendum experti commendaverunt Lentini et Hargens in Hufeland's Journal der prakt. Heilkunde, VIII. Ed. 1. St. S. 177.

Fomentum ammonio-camphoratum.

℞ Liquoris Ammonii carbonici aquosi Unciam  
dimidiā,

Spiritus camphorati Unciam unam et dimi-  
diam.

Misce. Imbeantur hoc fōtu linteis et imponantur locis,  
ubi resorb̄tio promovenda est, e. g. in sugillationibus,  
retentione hamorum spasmodica cæst., præcipue vero  
in inflammatione nondem v̄chementi, sedata antea hy-  
persthenica ejusdem indoſe. — Ubi vero nimis irritans  
esse videtur hic fōtus, temperandus est addita Olei cu-  
jusdam Uncia dimidia vel integra. Eundem in finem  
quoque adhibere licet Liquorem, a Celeb. Justamoud  
commendatūm, hoc modo præscribendum:

Rec. Pulveris Ammonii muriatici Unciam unam  
solve in

Spiritus Rorismarini Libra una,

vel:

Rec. Liquoris Ammonii acetici,  
Spiritus Vini rectificati,  
Aqua destillatae ana Uncias quatuor.

Fomentum Argenti nitrati.

℞ Argenti nitrati Grana duo,  
Aqua ferventis Unciam unam,  
Tincturae Opii Drachmas duas. M.

Egregie commendatur hoc remedium ad epithemata pro-  
sananda ulceribus putridis a Thom. Peck (conf. Hu-  
feland, Schreger und Harles Journal der ausländ.  
med. Litteratur, Februar 1802). Linteis imbib̄tur et  
ulceribus imponatur, donec suppuratio legitima insequiri-  
tur. Tunc vero, ablatis cultro marginibus induratis, sa-  
nationem absolvit hoc Unguentum. Rec. Hydraggyri  
nitrati rubri Drachmam, Pulveris Opii Drachman dimi-

ipue in-  
enemata  
Aceto al.

bactae,  
nidiam,

arrhoeis  
col. uni-

hoc fo-  
re prod-  
in der  
uvia ex-  
eumatis-  
orum in

octo-  
ductibus  
laverunt  
enal der

diam. Tere simul et misce sedulo cum Unguenti Resinæ illavæ Uncia.

### Fomentum aromaticum.

℞ Herbae Scordii,

Florum Chamomillae ana Unciam.

Conoisis affunde

Aquæ fontanae fervidae Libras tres.

Ebulliant paulisper. Colaturaæ adde

Spiritus camphorati Uncias quatuor.

Externus hujus fomentationis usus egregie prodest in doloribus et spasmis asthenicis e. g. contractionibus uteri frustaneis ante et post partum, colica cæt., non minus etiam in commotionibus cerebri cum torpore.

vel:

Rec. Rorismarini Unciam dimidiam,

infunde in

Vini rubri et

Aquæ communis ana Unciis tribus.

### Fomentum Belladonnae ammoniatum.

℞ Ammonii carbonici Unciam dimidiæ, saturetur cum

Aceti Belladonnae sufficiente quantitate, adde.

Aquæ fontanae Uncias quinque.

Tumoribus frigidis, rheumaticis inveteratis et glandularum induratis applicatum, potentissimum medicamentum resolvens externum præbet.

### Fomentum calcarium cum Myrrha.

℞ Calcariae ustae Drachmas duas,  
Gummi Myrrhae Unciam,  
terantur in mortario marmoreo, adde  
Aqua bullientis Libram.

Digerantur per aliquot dies. — Egregie laudatur in, pertinacissimo quandoque, lymphœ effluvio ex vase lymphatico laeso a Th White (on the struma. Lond. 1714) tanquam constringens et sanans externam, cui adjungantur compressio infra locum affectum, Agaricus vulneri impositus, epithemata Spiritus Vini, Aetheris sulphurici, Ferri sulphurici soluti, et, si omnia haec effluvium non inhibeant, vasculi ligatura vel destructio causticorum ope.

### Fomentum camphoratum.

℞ Camphorae Unciam dimidiā, solve in  
Acidi acetici Unciis duabus,  
Aceti destillati Unciis decem.

D. ad viti. Hujus mixturae Unciae quaedam excipiuntur in panno laneo ad epithema frigidum in meteorismo et imminentie gangraena eique imponendum glaciei frustum. Eodem scopo uti possis Spiritu camphorato vel compositione ex Naphthæ Aceti Uncia una et Aceti destillati Unciis octo. Quantu usus sit fomentum universale cum Camphora in Mucilagine Gummi Mimosae trita in morbis asthenicis, variolis præcipue putridis, comprobant præ aliis experientiae C. L. Hoffmanni (vid. ej. Schriften, herausgegeben von Chavet.)

### Fomentum frigidum.

℞ Aquæ fontanae frigidae Libras octo,  
Aceti Vini optimi Libram unam,

Kali nitrici Uncias quatuor,  
Ammonii muriatici dep. Uncias duas.  
Mox ante usum parandum et saepius renovandum  
Schmuckeri auctoritate haec epithemata frigida in  
commotionibus capitis maximam adepta sunt famam,  
sed in extravasato solummodo adhibenda, conf. Brun-  
ner von Kopfverletzungen 1805.

vel:

Rec. Ammonii muriatici pur. Unciam unam,  
Aceti Vini generosi,  
Spiritus Vini rectificat. ana Uncias quatuor.  
M. D. S. frigide imponendum. Praecipue laudatur erga  
hydrocelen ab inventore hujus methodi Keate, aliis  
que; conf. Arnemann Magazin der Wundarzneiwis-  
senschr. 2. Bd. pg. 126.

### Fomentum Hydrargyri aluminosum.

℞ Hydrargyri muriatici corrosivi,  
Aluminis ana Drachmas duas,  
Aquaes Libras duas.

Coquantur ad dimidium. Colatura egregie prodest, si  
vulneribus et ulceribus relaxatis e. g. scrophulosis, pus  
malum et saniem effudentibus, admovetur, ubi mundit  
ficit, adstringit, partibusque relaxatis tonum restituit.

### Fomentum quercinum.

℞ Corticis Quercus contusi Unciam semis,  
Aquaes Libras tres,  
Coquantur ad colaturam Librae unius et se-  
mis, cui adhuc ferride infundatur per dimi-  
dium horae

Florum Chamomillae Uncia.

Colatura addantur

Aceti Unciae quatuor.

Adstringens efficax in relaxatione partium, et corroborandis ligamentis,

vel:

Rec. Herbae cum Floribus Millefolii Unciam,  
Radicis Caryophyllatae,  
Corticis Quercus ana Unciam dimidiam,  
coque cum  
Aqua Calcaria ustae Unciis viginti quatuor,  
Colaturaem Unciarum duodecim adde  
Spiritus Vini Uncias tres.

Epithema adstringens phimosis admovendum, quod  
summopere commendat Maas in Briefen eines Wund-  
arztes über verschiedene Gegenstände der Chirurgie,  
Berlin 1806. pg. 36. In genere epithemata adstringentia  
phimosi melius convenient quam emollientia relaxantia.

### Fomentum saturninum,

R Plumbi acetici Drachmas duas,  
solve in

Aceti Vini Unciis tribus,  
dein adde

Aqua destillatae Uncias viginti quatuor.

Phimosis imponendum, simul injectiones instituendae ex  
hac Aqua et Aqua Calcis inter praeputium et glandem.  
Girtanner.

Ubi annulus durus circa praeputium phimosis au-  
get, retrahendum est praeputium, et penicillo, quan-  
tum fieri potest, aliquid sequentis Unguenti inter prae-  
putium et glandem illinendum:

Rec. Emplasti de Minio (vel Lithargyri compositi  
Pharm. boruss.) q. v. f. cum

Olei Ovorum s. q. lege artis Unguent.

Simul aqua frigida phimosi diu imponenda. cf. Schle-  
gel's Materialien für die Staats-Arznei-Wissenschaft,  
IV. Samml. 1804.

### Fomentum saturninum cum Opio.

R Aquae Uncias decem,  
Extracti Opii Grana decem,  
Aceti saturnini Drachmam dimidiam,  
Spiritus camphorati Guttas viginti. M.

In herniis incarceratis nihil efficacius quam haec epithemata invenit Bened. Chr. Vogel adjuncto simul uso interno remediorum purgantium antiphlogisticorum cum Tinctura Opii et Aethere sulphurico. Ej. Sammlung schwieriger medizinischer und chirurgischer Fälle, Erste Lieferung, 1805.

### Fomentum saturnino-camphoratum.

(ophthalmicum.)

R Infusi Sambuci Uncias sex,  
Aceti saturnini Drachmas duas,  
Spiritus camphorati Drachmam.

Fomentum hoc, calide impositum, apprime laudat in ophthalmia neonatorum J. N. Bust (Magazin für die ges. Heilkundé, 1. Bd. 3. St. 1816, pg. 355).

### Fomentum Zinci.

R Zinci oxydati albi Unciam unam,  
Aquae Florum Sambuci Unciam unam et  
dimidiam.

M. Ad usum egregie laudatur in erysipelate vesiculoso, a Thuessink. Idem quoque commendat Amylum cum Zinco oxydato albo et Camphora mixtum et impositum in quovis erysipelate.

vel:

Rec. Zinci sulphurici Drachmas tres,  
Aquae destillatae Unciam.

Solvantur  
candis ul-

R Acid

Aqu

Mel

In affecti  
mediis e  
Journal c

Ga

R Rad

Foli

Flor

Stre

Syr

Aci

Spic

M. Lic  
Gargaris  
ideoque  
rialem

Solvantur. Pro usu externo quandoque optimum exsic  
candis ulceribus malae indolis et saniosis.

### Fumigationes. v. Vapor.

#### Gargarisma acidum.

R<sup>x</sup> Acidi muriatici oxygenati Guttas decem (ad  
quindecim),

Aquae Rosarum Uncias sex,

Mellis Rosarum Unciam unam. M.

In affectibus gingivarum scorbuticis omnibus reliquis re-  
mediis externis praferendum. Deimann (cf. Salomo  
Journal der holländ. med. Lit. 1, Bd. 1, St.)

#### Gargarisma adstringens acidum.

(Astruc.)

R<sup>x</sup> Radicis Aristolochiae rotundae,

— Bistortae ana Unciam dimidiam,

Foliorum Cochleariae,

— Salviae,

Florum Aquilegiae ana Pugillos tres,

Strobolorum Pini Unciam dimidiam,

concisa coque in decocti Hordei s. q. Cola-  
turae Librae unius et dimidia adde

Syrupi Rosarum Uncias tres,

Acidi sulphurici diluti Drachmas duas,

Spiritus camphorati Drachmam.

M. Licet antiquata fere sit haec Astruccii formula  
Gargarismatis, tamen continet remedia efficacissima,  
ideoque nuper adhuc ad anginam scorbuticam, mer-  
curialem laudatur praecipue a Lebr, Fr. Benj. Lentini

Beitr. zur ausüb. A.W. Supplementib. herausgegeb. von  
Dr. Sachse. Leipzig. 1808. pg. 68.

### Gargarisma Belladonnae cum Hydrargyro.

**R** Herbae Belladonnae,  
— Cicutae ana Manipulum unum,  
Semimum Lini Uncias duas,  
Hydrargyri muriatici corrosivi Grana sex  
ad decem,  
coq. cum  
Aqua fontanae Libris duabus,  
per aliquot minutas.

Dein cola. In affectibus oris, faucium et glandularum  
colli scarlatinae sequelis, laudatur a Sautero (cf. Hu-  
felands Journal XII. Bd. 2tes St.)

### Gargarisma boracicum.

**R** Boracis Unciam unam,  
solve in  
Aqua ferventis Libra una,  
adde  
Mellis,  
Tincturae Myrrhae ana Uncias duas.  
Usus in ulceribus oris et faucium a nimio Mercurii usu.  
Swediaur.

### Gargarisma Cochleariae.

(antiscorbuticum.)

**R** Aqua Cochleariae Uncias duas,  
Spiritus Cochleariae Unciam unam,  
Tincturae Laccae (vel Catechu) Drachmas duas.

Ad elut  
Plencl  
senschaf

Garg

**R** Dec  
Ma

Mu  
Mel

M. —  
Kappii  
fluss auf  
rismatis  
efficacem

**R** Hyd

Aqua  
Erga aph  
tur a W  
Wege) si  
et Aquae  
nequaquam  
absorbenti  
dant apht

Rec.

M. — In  
diaur, al

Ad eluendum cavum oris in scorbuto commendatur a  
Plenckio et Kortum Beiträge zur prakt. Arzneiwis-  
senschaft, Götting. 1799. pg. 52.

### Gargarisma e Manganesio muriatico.

℞ Decocti Hordei Uncias sex,  
Manganesii muriatici Drachmas duas ad  
quatuor,  
Mucilaginis Gummi Mimosae,  
Mellis despumati ana Unciam unam.

M. — De praeparatione Manganesii muriatici vide  
Kappii librum: Was hat die neuere Chemie für Ein-  
fluss auf die Medicin. 1805. Idem auctor hujus Gargar-  
tismatis usum in ulceribus oris venereis et scorbuticis  
efficacem invenit.

### Gargarisma mercuriale.

℞ Hydrargyri muriatici corrosivi Grana quatuor,  
solve in  
Aquae destillatae Libra una.

Erga aphthas malignas in Scarlatina anginosa commenda-  
tur a Wedekind (von den Krankheiten der ersten  
Wege) simul cum Infuso saturato Corticis cum Borace  
et Aquae Calcis usu interno modico. In infantibus vero  
nequaquam adhibetur hoc Gargarisma, cum in hisce  
absorbentium, et Boracis usui interno et externo ce-  
dant aphthae.

vel:

Rec. Decocti Hordei Libram unam,  
Hydrargyri muriatici corrosivi Grana sex,  
Mellis Rosarum Uncias duas.

M. — In ulceribus palati syphiliticis laudatur a Swe-  
diaur, aliisque.

### Gargarisma Mezerei.

R Corticis Mezerei Drachmas duas,  
coque cum

Aquae fontanae sufficiente quantitate.

Colaturaæ Unciarum decem adde

Mellis Uncias duas,

Ammonii caustici Drachmam dimidiam.

Erga obstructionem Tubæ Eustachii et Baryokiam indenatam, moderata prius sanguinis congestione, hujus Gargarismatis usum commendat Autenrieth (Tübinger Blätter für Naturwissensch. und Arzneiw. i. Bd. 1. St. 1815), quia levem pharyngis inflammationem et pituitas secretionem concitat adeoque deobstruendo in membranas pituitarias vicinas agit.

### Gargarisma opiatum.

R Aquae fontanae Uncias decem,

Tincturae Opii simplicis Drachmam.

Efficax Gargarisma in affectibus anginosis. Vogel-med. Annalen, 1816. Juni.

### Gargarisma piperitum.

R Piperis Cajennensis Unciam dimidiam,

Magnesiae carbonicae Drachmam,

Aquae bullientis,

Aceti destillati ana Uncias tres.

M. f. Gargarisma, quod ad praevertendam et sanandam anginam malignam laudat Henr. Headly in London med. and physical Journal. Mai 1801.

### Gargarisma salitum.

R Liquoris Ammonii acetici Unciam,  
Ammonii muriatici Drachmam,  
Anginae asthenicae opponendum; cf. Löfflers Beiträge  
zur Arzneik. und Wundarzneik. 1ster Theil. 1791.

### Gargarisma Salviae cum Acidō mu- riatico.

(adstringens.)

R Foliorum Salviae concisorum Manip. unum,  
coque cum  
Vini rubri q. s.  
Colaturaē Unciarum octo adde  
Mellis Rosarum Unciam unam,  
Acidi muriatici Drachmam unam,  
In scorbutica gingivarum corruptione commendatur a  
Kortum Beiträge zur prakt. A.W. Gött. 1796. pg. 52.

### Gargarisma saturninum.

R Herbae Salviae Unciam dimidiam,  
coque cum  
Aquae fontanae s. q.  
Colaturaē Unciarum quatuor adde  
Aluminis Drachmam,  
Aquae saturninae Uncias duas.

D. S. Semel vel pluries Gargarismati adhibendum,  
Egregie laudatur a Bonnardiere ad minnendam sali-  
vationem nimiam ex abusu Mercurialium. conf. Recueil  
periodique de la Société de medecine T. XII. pag. 369  
et Sammlung auserlesener Abhandlungen für praktische  
Aerzte, XX. Bd. 3. St.

### Injectio aluminosa.

R<sup>c</sup> Aluminis,  
Zinci sulphurici ana Drachmam unam,  
solve in

Aquae ebullientis Mensura,  
Frigida colentur per chartam,

vel:

Rec. Plumbi acetici Grana sex,  
solve in

Aquae fontanae Unciis sex,  
adde

Tincturae Opii crocatae Drachmam semis,  
Aluminis Drachmam unam semis.

D. Usus in medorrhoeae muliebris et virorum studio asthenico relaxato. Prima compositio quoque si stendis haemorrhagiis uteri et vaginae commendatur in Meyers systematischem Handbuch zur Erkenntniss und Heilung der Blutflüsse, II. Band, Wien 1807.

### Injectio ex Borace.

R<sup>c</sup> Boracis Drachmam semis,  
solve in

Aquae destillatae Unciis octo.

Legendum quod de hac Injectione refert Cel. Molwiz (Pharmacopoea exquisita pg. 15) ubi ait: „Ejusdem in primo Medorrhoeae stadio per plures jam annos sibi tam usitatae, vires externas, irritamentum inflammatorium sedativas, se satis laudare vix posse.“

### Injectio Catechu.

R<sup>c</sup> Catechu,  
Myrrhae ana Drachmam,  
solve in

Aquae Calcariae ustae Unciis quatuor.

Adstringit, gonorrhoeae asthenicae secundariae et fluori  
albo optime opponitur.

### Injectio Chinae.

R. Corticis Peruviani Unciam,  
f. Pulvis grosso modo, coque cum  
Aqua fontanae Unciis duodecim.  
Colaturaæ Unciarum undecim post refrigerationem adde

Vini rubri Uncias duas,  
Aluminis crudi Drachmam.

D. S. Ter quotidie cochlearia duo injicienda. Praestans remedium in medorrhoa atonica. Corticis Peruviani loco Radix Tormentillæ decoqui potest. Ad coarctandam vaginam nimis amplam commendatur a G. V. Becker. (Die Kunst das Zeugungsvermögen zu erhalten, II, Bd. pg. 160).

### Injectio Cupri sulphurici.

R. Cupri sulphurici,  
Plumbi acetici ana Scrupulum,  
solve in

Aqua destillatae Unciis quatuor.

Commendatur a Celeb. Swediaur ad injectionem sub praeputium in phimosi. — Eundem in finem laudat III, Hufeland hanc compositionem:

Rec. Hydrargyri vivi puri Drachmam,  
Gummi Mimosae pulverisati Unciam semis,  
Syrupi opati q. s.

M. conterantur in mortario marmoreo sensim addendo  
Syrupum, donec omnia abeant in mucum.

## Injectio fellea (ad meatum auditorium).

℞ Infusi Herbae Mercurialis (vel Saponariae)  
Uncias tres,

Fellis vitulini Drachmam unam,  
Gummi Ammoniaci Grana decem.

M. Solve terendo. Ad injectionem purificantem in meatum auditorium commendatur a Lentino, (Beiträge zur ausübenden A.W. Leipz. 1798). Idem ad incitacionem meatus auditorii usus est Infuso Scordii cum Liquore Myrrhae.

## Injectio e Gallis.

℞ Gallarum pulverisatarum Drachmas duas,  
Aquae bullientis Libram unam.

Infunde per horam et cola.  
Usus in gonorrhœa chronica,

vel:

Rec. Gallarum contusarum Unciam semis,  
coque cum

Aquæ fontanae s. q.

In Colatura Unciarum octo solve  
Aluminis Drachmas duas,  
Zinci sulphurici Grana duo.

Laudatur praecipue in gonorrhœa secundaria chronica  
a Cel. Kortum Beiträge zur prakt. A.W. 1795 P. 5<sup>11</sup>

## Injectio Hydrargyri.

℞ Hydrargyri muriatice mitis,  
Gummi Mimosae ana Drachmam,

Aquæ Calcariae ustae,

— fontanae ana Uncias duas.

Usus in gonorrhœae maliebris stadio asthenico.

vel:

Rec. Hydargyri muriatici corrosivi Granum unum,  
solve in

Aquae destillatae fervidae Uncia una.

In fluore albo muliebri injicienda.

vel:

Rec. Hydargyri muriatici corrosivi Granum unum,  
solve in

Aquae destillatae Unciis quatuor.

In gonorrhœis virorum habitualibus cum vehententi Attonia optimam invenit hanc injectionem Monteggia  
(praktische Bemerkungen über die venerischen Krankheiten, übersetzt von Eyerel, Wien 1798.).

### Injectio e Kino.

R. Kino Grana viginti ad triginta,

Aquae bullientis Libram unam,

Infunde per horam et cols.

Ad injectionem in gonorrhœa chronica (Swedenaur).

### Injectio cum Aqua Laurocerasi.

R. Seminum Papaveris albi Unciam dimidiam,  
contusis adde

Aquae fontanae Uncias sex

f. l. a. Emulsio, cui adde

— Laurocerasi Guttas sexaginta.

Injectio haec Emulsio in gonorrhœa dolores mitigat. (cf.  
Schlegel Materialien für die Staatsarzneiwissenschaft.  
Erste Samml., Jena 1800).

### Injectio Myrrhae,

(vesicalis.)

R. Ichthyocollae q. s.

ad solutionem tenuioris consistentiae glutinosae in

Aquae destillatae Unciis sex,  
adde

Liquoris Myrrhae Drachmam.

Laudatur ad injectionem in vesicae exulcerationibus a  
Cels. Lentin, Beiträge zur ausübenden Arznei-Wissen-  
schaft, Tom. III. pg. 76.

### Injectio Myrrhae saturnina.

R Plnmbi acetici Drachmam,  
solve in

Aquae destillatae Unciis sex,  
adde

Liquoris Myrrhae Uncias duas,

Tincturae Opii simplicis Unciam unam.

Ad injectiones, quater vel plures in die repetendas, in  
gonorrhœa chronica cf. Kortum Beiträge zur prakti-  
schen Arznei-Wissenschaft. 1795. pg. 311.

### Injectio Opii saturnina.

(ad gonorrhœam.)

R Opii purissimi Grana duodecim ad viginti  
quatuor,

solve in

Aquae destillatae Unciis novem,  
adde

Aceti saturnini Guttas novem ad octodecim.

Laudatur haec injectio in gonorrhœa cum magna sensi-  
bilitate urethrae a Girtannerio (üb. d. vener. Krankh.).  
Sed merito dubitandum est, an injectiones revera in  
primo gonorrhœæ stadio adhibendæ sint cum mechanice  
jam irritent (cf. Frank epit. Lib. V.) Saltem Gir-  
taneri injectiones causticae penitus reprobandas sunt.

**Injectio saturnina.**

℞ Plumbi acetici Grana duo,  
solve in

Aquae destillatae Uncia una.

Unicum est remedium, quo in statu gonorrhœae inflammatorio sthenico injectionibus uti licet. Opium enim aliaque a Girtannerio, Fritzio al. laudata remedia noxiā irritationem exserunt. Idem sentit Monteggia annotazioni pratiche sopra i mali venerei 1794.

Ad injectionem in partes celli internas inflammatas in scarlatina compositio ex Aceti Saturnini Guttis duodecim, Florum Sambuci et Aquae fontanae ana Unciis quatuor laudatur ab Ill. Hufeland System II. 1.

**Injectio saturnina terebinthinata.**

℞ Plumbi acetici Drachmam,  
solve in

Olei Terebinthinae Unciis quinque,  
solutioni in leni calore digestae adde  
Camphorae pauxillum.

Divinum hoc in gonorrhœa remedium vocavit Fr. Hoffmannus, sed in asthenico nonnisi stadio adhibendum.

**Injectio terebinthinacea.**

℞ Terebinthinae Uncias duas,  
Vitelli Ovorum Unciam,  
subactis adde

Mellis Uncias duas,  
Spiritus Vini Unciam dimidiam,  
Aquae Uncias novem.

D. ad vitrum. In ulceribus cum relaxatione marginum, sinibus et fistulis, et ubique opus est injectionibus incitantibus in narcs, puncta lachrymalia, urethram, ve-

sicam, vaginam, uterum, anum, et fauces, calefactum et probe mistum injiciatur.

### Injectio terebinthinata benzoica.

℞ Saponis medicati minute concisi Unciam unam,

Terebinthinae venetae Unciam dimidiam,

Aqua destillatae Uncias octo.

Misce lege artis. Solutis adde

Tincturae Benzoes Drachmas tres.

Magnam olim adeptus est famam hic liquor, quem etiam addito Oleo Amygdalarum dulcium temperare licet, ad injectionem in meatum auditorium, specillo dilatatum in baryokia et surditate, v. Observationem Dethardingii in Ephemeridibus Naturae Curiosorum Centur. 5. pg. 156.

### Injectio Zinci acetici.

℞ Zinci acetici Grana octo ad decem,  
solve in

Aqua destillatae Uncis quatuor ad sex.

In gonorrhœa chronica utilissimam hanc injectionem inventit Henry (med. and physical Journal 1803). In minori Dosi Zinco acetico ad Collyrium ophthalmicum uti licet.

### Linimentum aethereum.

℞ Aetheris sulphurici Drachmas duas,  
Spiritus Vini rectificati Uncias duas,  
Olei Iaurini Unciam dimidiam.

M. Instilletur herniis, praecipue umbilicalibus infantum, quibus contrahendis optime prodest. Vogel med. Annalen, Altenburg 1816. Juni.

### Linimentum aluminosum.

**R** Albuminis Ovi Drachmam dimidiam,  
Aluminis crudi Unciam.

Terantur junctim in vase porcellaneo, donec pultacea  
fiunt. Remedium notissimum erga ophthalmiam, sed lau-  
datum quoque tanquam efficacissimum ad contusiones et  
sugillationes, a Lentino (Beitr. zur ausüb. A.W. Sup-  
plementb. Leipzig. 1803. pg 30.) — Addere quoque licet  
Camphorae Pulveris paululum.

Excoriationes aegrotorum a decubitu optime sanant  
haec:

**R**ec. Aluminis crudi Unciam semis,  
Albuminis Ovorum No. quatuor,  
Spiritus Vini camphorati Uncias duas.

**M**. f. Linie. — Eundem in finem, sanandis scilicet ex-  
coriationibus a decubita, optime adhibere licet Deco-  
ctum Corticis Quercus et Herbārum aromaticarum cum  
Aqua saturnina et Liquore Myrrhae, vel Ceratum Sa-  
turni cum Oleo Olivarum paratum,

### Linimentum ammoniato-aromaticum.

**R** Linimenti ammoniati Unciam unam,  
Tincturae Cantharidum,

— aromaticae ana Drachmam unam.

**M**. Usus hujus Linimenti irritantis exterius est in do-  
loribus et rheumatismis asthenicis. Adjecta Tinctura  
Opii tale Linimentum quoque dolores loci a cane rabi-  
do morsi sustulit et una cum interno Opii usu hydro-  
phobiam praevertit. (conf. Med. Archiv von Oestreich  
IV. Jahrg. 1802.)

vel:

**R**ec. Ammonii carbonici Drachmas duas,  
Olei animalis aetherici Drachmam,  
— Olivarum Uncias tres,

**M**. F. Sapo, cuius solutionem in arthritide efficacissi-  
mam complures invenierunt.

vel:

Rec. Tincturae Cantharidum Drachmas duas,  
Olei Ricini Unciam unam semis,  
Ammonii carbonici Drachmam.

M. f. Linimentum Commandantur haec duo ultima prae-  
cipue in Leroy Manuel des goutteux et rheumatisans.  
Receuil des principaux remèdes rationnelles empiriques,  
curatifs et préservatifs de ces maladies. Paris 1803.

### Linimentum ammoniato-aethereum.

Rx Olei Amygdalarum Unciam unam semis,  
Spiritus sulphurico-aetherei,  
Liquoris Ammonii caustici,  
Tinctura Cantharidum ana Drachmam unam  
semis.

Misce exacte D. ad vitrum epistomio clausum. — Linimentum in arthritide ischiatrica ut efficacissimum laudat  
Joh. Frank Erläuterungen der Erregungstheorie,  
Zweite Ausgabe, pg. 100.

### Linimentum ammoniatum campho- ratum.

Rx Linimenti ammoniati Unciam,  
Camphorae Drachmam.

Misce exacte. — Notissimus est hujus compositionis  
usus in tumoribus frigidis, rheumatismis asthenicis caet,  
vel:

Rec. Spiritus Terebinthinae Uncias duas,  
Camphorae Drachmas duas,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi Drachmam,  
Saponis medicati Uncias duas,  
f. Unguentum, adde  
Phosphori in  
Olei Caryophyllorum Guttis 12 ad 15 soluti Gra-  
num,

Præcipue laudatur ad usum externum in affectibus arthriticis asthenicis in Leroy Manuel des goutteux et des rheumatisans. Paris 1803.

vel:

Rec. Linimenti animoniati Unciam,  
Camphorae Drachmam,  
Tincturae Cantharidum;  
Spiritus Formicarum ana Drachmas quinque.

M. In affectibus asthenicis paralyticis egregium. — In doloribus et spasmis abdominis hypochondriacis abdomini infricandum suasit Wezel, Sieg über die Hypochondrie. Leipzig, 1805.

vel:

Rec. Unguenti Althaeae Unciam,  
Fellis Tauri,  
Saponis veneti ana Drachmas duas,  
Camphor. Drachmam,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi Drachmam dimidiā.

M. Infantibus scrophulosis atrophicis abdomini et alibi infricandum. Hufeland von den Scropheln.

### Linimentum Ammonii foetidum.

R Olei Chamomillae cocti Uncias tres cum dimidia,  
— animalis foetidi Unciam dimidiā,  
Liquoris Ammonii caustici Unciam unam cum dimidia.

Infircandum in affectibus spasmodicis dolorificis asthenicis.

### Linimentum Ammonii opiatum.

R Olei Hyoscyami infusi,  
— Seminum Ignatiae amarae cocti Unciam,

Liquoris Ammonii caustici Drachmam unam  
ad duas,

Extracti Opii aquosi Grana duo.

Misce optime. Lenit dolores, praecipue inflammatorios  
et in rigiditate articulorum, vulgo contracturis, diu con-  
tinuum egregios edit effectus.

### Linimentum amygdalinum.

(pro cute depuranda.)

R Amygdalarum amararum Uncias novem,  
Pinearum Uncias tres.

Terantur in pollinem subtiliorem, cui adde  
Vitellos Ovorum sex.

Cosmeticum, in pustulosa cutis conditione efficax.

### Linimentum aromaticum.

R Spiritus Juniperi Uncias duas,  
Olei Caryophyllorum,

Balsami moschati ana Drachmam dimidiā.

M. Spinae dorsi infriandū in complū ibus morbis asthe-  
nicis et paralyticis summopere commendat Chrestien  
de la méthode iatropolitice ou Observations pratiques  
sur l'administration des remèdes à l'extérieur dans les  
maladies internes. Montpellier an XII. cf. Samml. aus-  
erlesener Abh. für pract. Aerzte, XXII. Bd. 2. St.

### Linimentum balsamicum.

(anodynum Guidonis.)

R Terebinthinae venetae Libras duas,  
Cerae flavae Libras tres,  
Myrrhae electae,

Aloes Succotrinae ana Uncias tres,

Masticis,

Olibani ana Unciam unam et dimidiam.

Contusa, quae contundi debent, indantur omnia in retortam vitream loricatam, ex arena, igne gradatim aucto balsamum elice.

Hoc linimentum efficacissimum esse affirmatur in doloribus et tumoribus ab arthritide vaga anomala, cf. Kühns italien. med. chir. Bibliothek in Bd.

### Linimentum Balsami Peruviani.

(antarcticum Chr. Ludov. Hoffmanni.)

R Balsami Peruviani nigri Uncias duas,  
solve in

Alcoholis Vini Unciis sex.

D. S. Saepius in die articulis dolentibus illinendum.  
Pro pauperibus Balsamum Copaivae Peruviano substituere licet.

### Linimentum Calcariae.

R Aquae Calcariae ustae recenter paratae,

Olei Lini recentis,

Tincturae Opii simplicis ana. M.

Ad vulnera combusta hoc linimentum utilissimum inventi, addita praecipue Aquae saturninae parte, ubi epidermis adhuc integra est.

### Linimentum Calcariae sulphuratae.

R Calcariae sulphuratae Unciam semis,

Olei Juniperi Drachmas duas,

adde

Olei animalis aetherei Guttas decem.

Arcanum celeberrimum et efficax Archideti, medici quondam Parisiensis, contra Arthritidem, v. Leroy manuel des goutteux et rheumatisans.

**Linimentum camphoratum,**

R Camphorae rasae Unciam dimidiā,  
solve in

Olei Amygdalarum recenter expressi Unciis  
duabus.

Potenter incitat, hinc in inflammationibus asthenicis, spasmis, doloribusque arthriticis admoveendum. C. L. Hoffmannus in variolis putridis id linimentum toti superficie imponi jussit, cum fausto successu.

Rec. Camphorae Drachmam unam,  
Kali nitrici Drachmas duas,  
Mellis q. s.

ut fiat linimentum. Discutiendis echymomatibus commendatur a J. P. Franck Epit. Lib. IV. pag. 105. Sed in aliis quoque affectibus, ubi incitante externo opus est, salubre.

vel:

Rec. Camphorae Drachmas duas,  
Unguenti basilici Unciam,  
Saponis nigri Unciam semis.

M. Erga lumbaginem efficacissimum invenit Ferriar (Bemerkungen pg. 97). Ipse in lumbagine aliisque artuum doloribus frictiones ex Camphora in Aethere sulphurico soluta prodesse vidi.

vel:

Rec. Camphorae Drachmas duas,  
solve in

Olei Chamomillae aetherei Uncia dimidia,  
— Terebinthinae Uncia una.

M. D. ad vitr. Hoc remedium quod ad parvum cochlear aliquoties in die regioni epigastricae in vomitu spasmodico, regioni pubis vero in ischuria, cum fructu, in-

fricatur  
Hufel  
sätze zu  
über die  
1805.) i  
Eundem  
spectatu  
Rec

Eodem r

**Lini**

R Fari  
Rad  
Pici  
ut fiat L  
terno De  
rho Chr.

**Linime**

R Felli  
Pulv  
Olei  
Digerantu  
discutiend  
a Ronca  
feland in  
général de

fricatur, commendatur ad Holstii propositum (conf. Hufeland's Journal 20. Bd. 2. St.) a Roemero (Zusätze zu seiner Uebersetzung von Palloni med. Beob. über die in Livorno herrschende Fieberkrankheit, Zürich 1805.) in affectibus hepatis febri flavae peculiaribus. Eundem in finem quoque sequens remedium ut efficax spectatur.

Rec. Camphorae Drachmam unam,  
solve in

Olei Chamomillae aetherei Drachmis duabus,  
adde

Tincturae Opii crocatae Drachmas duas,  
Olei Hyoscyami Unciam unam.

Eodem modo adhibendum uti superius.

### Linimentum farinaceum cum Pice.

¶ Farinae secalinae partes quatuor,  
Radicis Gentianae pulverisatae partem unam,  
Picis liquidae (Theer) q. s. ~~admodum adat~~  
ut fiat Linimentum, cuius usum externum adsumpto interno Decociti Ligni Guajaci usu egregie laudat in Scirto Chr. L. Hoffmann verm. Schr. Tom. I. pg. 283.

### Linimentum ex Felle Tauri. (Roncalli.)

¶ Fellis Tauri recentis unius,  
Pulveris Natri muriatici Uncias tres, ~~et nulli~~  
Olei Nucum Cochlearia tria.

Digerantur leni calore ad consistentiam Linimenti. Ad discutiendos tumores scrophulosos aliasque asthenicos a Roncallio inventum, denuo landatum ab Ill. Hufeland in libro de scrophulis et Leroux in Journal général de Médecine. Vol. 50. Mai 1814.

**Linimentum gummoso-balsamicum.**

(ad excoriaciones mammarum)

R Pulveris Gummi Mimosae Drachmas duas,  
Balsami Indici Drachmam,  
Olei Amygdalarum dulc. Drachmam unam  
et dimidiam,

Aqua Rosarum Unciam unam.

M. F. Linimentum. Egregium ad papillas dolorificas  
foeminarum nutrientia conf. Dienemann in Hufer-  
lands Journal XVI. Bd. 3tes St. 1802.

vel:

Rec. Gummi Myrrhae Drachmam unam,  
subige per Vitellum Ovi in

Aqua Rosarum Uncia.

Intime subactis adde

Gummi Mimosae Scrupulos duos,  
Balsami Peruviani Scrupulum.

(Jahn Kinderkrankheiten pg. 94)

vel:

Rec. Seminum Cydoniorum et Psyllii ana Drach-  
mam,

fiat cum

Aqua Rosarum s. q. mucilago,

adde

Cetacei Semidrachmam,

Vitelli Ovi Scrupulum semis.

(Hinze, Jahn ibid. pg. 95)

vel:

Rec. Butyri Cacao Drachmas duas,  
Plumbi acetici Drachmam semis,  
Balsami Peruviani Guttas xv.

M. (ibid.) sed caute adhibendum et ante lactationem  
bene abstergendum. Idem valet de Mixtura Vitelli Ovi  
cum Zinco sulphurico.

### Linimentum juniperinum.

(Rosenstein.)

- R** Spiritus Juniperi Uncias duas,  
Olei Caryophyllorum,  
Balsami Nucis moschatae ana Drachmam  
dimidiām.

M. — Laudatur a Rosensteinio ad usum externum  
in sugillationibus, et tumoribus frigidis, nuper vero in  
primis a medico Monspeliaco Chrestien ad frictiones  
spinae dorsi et regionis lumbaris in foeminae ad abor-  
tum dispositis et imminentibus jam primis abortus signis,  
scil. sensu debilitatis in regione lumbari et pressionis in  
pelvi. conf. Ej. Iatroliptik. Aus dem Französ. von Bi-  
schof. Berlin 1805. pg. 47. 48.

### Linimentum opiatum.

- R** Tincturae Opii simplicis,  
Linimenti saponacei ana. **M.**  
Hujus Linimenti embrocationibus plures febrem inter-  
mittentem sanavit Lind. Linimentum saponatum con-  
stituitur ex Spiritu Roris marini, Sapone et Camphora.  
Hujus loco sumatur Linimentum saponato-camphora-  
tum Pharm. Boruss.

### Linimentum oxygenatum,

- R** Olei Olivarum Unciam unam,  
Acidi muriatici oxygenati Drachmam unam.  
M. F. Linimentum a Deimanno primum erga scabiem  
commendatum, (cf. Salomo Journal der holländ. med.  
Litt. 2. Bd. 5. St.) ter in die locis scabiosis illinendum.  
In tinea capitidis secundum ejus praescripta acidum mu-  
riaticum augetur ad Drachmas duas in Olei Uncia una.  
Ad usum semper nonnisi Uncia una praescribatur et an-

T 2

tea vitrum bene agitetur, quoniam oxygenium levius  
Oleo supernatat, hinc aperta lagena avolat.

### Linimentum Petrolei ammoniatum.

℞ Liquoris Ammonii caustici Uncias duas,  
Petrolei Unciam unam. M.

Infricandum in inflammationibus asthenicis, spasmis, co-  
lica caet.

### Linimentum phosphoratum.

℞ Phosphor. urin. Grana sex,  
Olei Amygdalarum recent Unciam unam.  
Tere exactissime; deinde digere in balneo  
mariae et adde

Camphorae,

Ammonii ana Grana decem.

Merito laudatur tanquam fortissimum incitans externum  
in Pharmacopoea pauperum in usum Instituti clinici  
Hamburgensis. 1804.

vel:

Rec. Phosphori Grana tria,  
Camphorae Grana decem,  
Olei Amygdalarum dulcium Drachmas duas.

M. D. — Plurimas de hujus Linimenti in paralyse, ar-  
thritide chronica caet. effectu experientias communicavit  
Bouttaz vom Phosphor. Göttingen 1799.

### Linimentum saponatum.

℞ Liquoris Kali carbonici,  
Olei Amygdal. recentis ana partes aequales.  
Hujus Saponis usus optimus est in lepra aliisque morbis  
cutaneis. Inter compositiones Saponis merito laudatur

levius  
im.  
as,  
nis, co-

nam.  
balneo

xternum  
i clinici

s duas.  
alyse, ar-  
nunicavit

equales.  
ue morbis  
laudatur

**Linimentum saponato-camphoratum Pharmacopoeae Bo-  
russicae discutiendis tumoribus frigidis aliisque ejusmo-  
di affectibus asthenicis topicis.** Sic etiam confirmatum  
vidi, quod Cel. Hopf dicit de usu Linimenti saponato-  
camphorati in affectibus topicis scaflatinae angina mali-  
gna junctis e. g. tumoribus glandularum v. Ej. Grundriss  
einer systemat. Abtheilung der einfachen und zusammen-  
gesetzten Arzneikörper. Tübing. 1803.

### **Linimentum saturnino-quercinum.**

**Rx** **Corticis Quercus partem unam,**  
**Aquae fontanae partes sex.**  
Coque ad colaturam Unciarum duarum, De-  
cocco adde  
**Aceti saturnini**, quantum opus ad perfectam praecipitationem. Liquor deinde filtretur per chartam bibulam.  
Principiatum in charta remanens, consistentiae Linimenti spissioris, applicetur ad partes decubitu exco-  
riatas. Autenrieth Tübinger Blätter für Naturwissen-  
schaft und Arzneikunde. II. Bd. 3. St. 1816.

### **Linimentum spirituosum.**

**Rx** **Spiritus saponati,**  
— Serpylli,  
— camphorati ana Unciam unam,  
**Liquoris Ammonii carbonici aquosi** Unciam  
dimidiam.

**M.** Egregium in affectibus paralyticis et morbis nervo-  
sis asthenicis.

### **Linimentum Terebinthinae.**

**Rx** **Olei Terebinthinae partes quatuor,**  
**Liquoris Ammonii caustici,**  
**Spiritus camphorati ana partem unam.** **M.**

In arthritide asthenica cum lenitamine externe adhibetur, Eundem in finem Naphtha camphorata, vel Mixtura oleoso-balsamica cum partibus tribus Spiritus camphorati uti licet. Ubi vero irritatio inflammatorio-hyper-s'henica in partibus arthriticis, solutio Saponis in Aqua, minuta vero irritatione inflammatoria, Mixtura ex Acepto, Ammonio muriatico et Tartaro stibiato, — in arthritide cum irritatione spastica denique Liquor Ammonii acetici cum Tinctura Opii calide externe adhibenda sunt, conf. Ackermann in Hufelands Journal der prakt. Heilk., XI. Bd. 3. St.

vel:

Rec. Olei Terebinthinae Unciam,  
Unguenti saturnini Uncias duas,  
Axungiae Porci recentis Unciam dimidiam,  
Olei Petrae Drachmam dimidiam. M.

Unzerus hoc Linimentum egregium invenit ad frictiones in tumores glandularum infantum scrophulosos, adhibitis simul Cucuphis ex Herbis aromaticis et Ammonio.

### Liquor Aeruginis.

¶ Aeruginis,  
Zinci sulphurici,  
Cupri sulphurici ana Drachmas duas,  
Aquaee destillatae q. s.

Coquantur usque ad Colaturam Unciarum octo. Ad coercendam nimis luxuriantem vulnerum granulationem hoc remedium, prius a Schmelzio commendatum denuo laudat C. G. Neumann in J. B. v. Siebold Samml. seltener und auserlesener Beobachtungen. III. Bd. Arnstadt 1812.

### Liquor balsamicus.

(antarcticus Praderii.)

¶ Balsami de Mecca Drachmas sex,  
Croci Unciam dimidiari,

ibetur,  
luctura  
umpho-  
hyper-  
Aqua,  
x Ace-  
arthri-  
nmonii  
a sunt,  
prakt.

Radicis Sarsaparillae,  
Herbae Salviae,  
Corticis Chine regiae ana Unciam,  
Spiritus Vini rectificati Libras tres.

Digerantur frigida per 48 horas. Filtra.

Hoc est Arcanum antarthriticum a Guil. Praderio inventum et Imperatori Galliae venditum. Applicatio hujus Liquoris fiat cum Aquae Calcis triplo, in cataplasmate pultaceo ad locum arthritide affectum. Conf. Journal général de Médecine, Chirurgie, Pharmacie etc. Tom. 44. Paris 1812.

### Liquor baryticus.

**R** Barytae muriatice Scrupulum dimidium,  
solve in

Aquae Laurocerasi Unciis duabus.

D. S. Omni hora Guttæ quaedam oculo infiltranda. Hac medendi methodo Maculae corneae, Achlys et Nephelium optime sanantur. conf. Hargens in Hufeland's Journal. 9. Bd. 2. St. pg. 200.

### Liquor Ferri phosphorici.

**R** Acidi phosphorici quantum libet.

Evaporetur in loco calido ad dimidium quantitatis. Inter evaporationem adde sensim

Ferri oxydati fusti,

quantum solvitur, donec aliquid non solutum in vasis fundo appareat, quod affuso novo acido phosphorico et leni ebullitione iterum solvatur. —

Hujus Liquoris egregios vidit effectus in carie dentium aliorumque ossium Dr. Schobelt (Hufeland's Journal. 9. Bd. 2. St.). Linetum carptum viginti Guttis im-

butum denti carioso intrudi, simulque spongia, isto Li-  
quore inuncta, dentes confricari jussit.

### Liquor Hydrargyri cum Alumine,

(Liquor ad condylomata. Swediaur.)

℞ Spiritus Vini rectificatissimi,  
Aceti destillati ana Unciam dimidiam,  
Hydrargyri muriatici corrosivi Drachmam  
unam,  
Aluminis,  
Camphorae,  
Plumbi acetici ana Drachmam dimidiam,  
M. Usus exterius. Verrucae penicillo semel vel bis in  
die hoc liquore tangantur.

### Liquor Hydrargyri camphorati.

(ad condylomata.)

℞ Hydrargyri muriatici corrosivi Drachmam  
dimidiam,  
Camphorae Drachmam,  
Spiritus Vini rectificatissimi Unciam.  
Solve. Ad exsiccanda et destruenda condylomata hung  
Liquorem praecipue laudat Rust in Magazin für die  
gesammte Heilkunde, IV, Bd. 1. Heft. 1813.

### Litus acidus,

℞ Syrupi Berberum Unciam,  
Acidi sulphurici (sive muriatici) diluti, quan-  
tum sufficit ad gratum saporem,  
vel;  
℞ Acidi muriatici diluti Drachman,  
Mellis Rosarum Uncias tres. M.

vel:

Rec. Acidi muriatici diluti,  
 Extracti Chinæ,  
 Terræ japonicae,  
 Tincturae Myrræ ana Drachmam dimidiam,  
 Syrupi Mororum,  
 Mellis rosati ana Unciam. M.

In corruptione gingivarum scorbutica et aphthis non dolentibus cum optimo successu hisce mixturis acidis uti licet. — cf. e. g. Hufelands System der prakt. Heilk. II. Bd. 2. Thl.

vel:

Rec. Spiritus Cochleariae Uncias duas et dimidiam,  
 Succi Citri,  
 Mucilaginis Seminum Cydoniorum,  
 Syrupi Mororum ana Unciam dimidiam,

M. — Litus ad aphthas infantum laudatus a Beau-preau, Starke, Jahn (Kinderkrankh.) aliisque. Alle-nius commendat compositionem ex Aquae Calcariae, Catechu et Plumbo aceticō, sed infantibus nonnisi summa cum praecautione illinendum. Eundem in finem quoque uti licet litu ex Zinci sulphurici Granis quatuor, Syrupi Mororum, Mellis rosati ana Upcia, (cf. Hufe-land I. c.) — In dentitione difficile illinendis gingivis Succum Citri cum Melle commendat Loder, Liquorem Kali carbonici Starke, et Aquam frigidam gingivis imponendam Wigand. — Secundum experientias Cel. Schraud (Nachrichten vom Scharbock, Wien 1804) litus ad gingivas scorbuticas optimus est Spiritus Salis martialis.

### Litus boracicus,

R Boracis Drachmam,  
 Mellis Rosarum Unciam. M,

vel:

R Boracis Drachmam,  
 Syrupi Mororum Unciam unam usque ad  
 Uncias tres. M.

Usus talis litus est in aphthis, sed indolentibus, nam ubi palatum et gingivae propter excoriationes dolent, ibi magis prodest litus ex Oleo Amygdalarum dulcium et Vitello Ovorum.

### Litus Hydrargyri.

**R** Hydrargyri muriatici corrosivi Grana sex,  
Extracti Conii,  
— Chamomillae ana Drachmas duas,  
Tincturae Opii simplicis Drachmam,  
Mellis rosati Unciam. **M.**

Applicationem hujus remedii ad ulcera oris et colli syphilitica, ob specificam, qua gaudeat, virtutem, apprime commendat Rust; conf. Wendt die Lustseuche in allen ihren Richtungen. 1816. pag. 243.

### Lixivium kalinum.

**R** Lixivii Saponiorum Modum unum.  
Coquatur ad remanentiam Modi dimidii.  
Colatura linteis imposita egregios usus praestat in carcinomat, sphacelo, ulceribus venereis. cf. Becker in Albers Amerikan. Annalen 2. Heft. — Licet quoque uti forti Solutione Natri. Iam Saviardus laudavit Alcalia fixa ad epithemata in ulcera lata pedum cum marginibus duris lividis.

### Lotio acida.

**R** Acidi nitrici Scrupulum unum,  
solve in  
Aqua destillatae Unciis quatuor,  
vel sex vel octo pro varia cutis irritabilitate. Erga scabiem apprime commendatur haec lotio a Vogelio (Gesundheitszeitung II. Heft. 1803.) Ejusdem applicatio

nam ubi  
nt, ibi  
cium et

sex,

duas,

colli sy-  
pprime  
e in al-

in car-  
ker in  
quoque  
audavit  
n cum

ga sca-  
o (Ge-  
licatio

lenem inflammationem efficit, ast non molestam, qualis  
utilatio scabiosa esse solet.

### Lotio Argenti nitrici.

R Argenti nitrici Grana duo,  
Aquaे ferventis Unciam unam,  
Tincturae Opii simplicis Drachmas duas.

M. Usum hujus solutionis externum in ulceribus ma-  
lignis egregium docuit Th. Peck (London med. Journal  
1801). Post tres vel quatuor dies ejusdem applicationis  
suppuratio perficiebatur Unguento ex Hydrargyri oxy-  
dati rubri Drachma et Pulvere Opii Drachma dimidia-  
cum Unguenti cujusdam Uncia una tritis.

### Lotio Hydrargyri.

R Hydrargyri muriatici corrosivi Grana tria,  
solve in  
Aquaе destillatae (vel Rosarum) Libris dua-  
bus.

Hujus solutionis usus egregius est in affectibus leprosis,  
psoricis, adjunctis simul remediis idoneis internis. Cum  
optimo successu in lepra Graecorum eadem partibus af-  
fectis omni nocte imposita usus est Pears in London  
med. Review Mai 1808. sumtis interne simul Guttis de-  
cem bis in die Liquoris ex Hydrargyri muriatici corro-  
sivi Granis decem, Spiritus nitrico-aetherei Uncia una  
et Tinctura Opii Drachma una.

vel:

Rec. Hydrargyri muriatici praecipitati Drachmam  
unam,  
solve in

Aquaе Calcariae ustae Unciis sex.  
In scabie et lichenibus humidis optimum siccans. conf.  
Ackermann's Bemerk. über die Kenntnis und Kur  
einiger Krankh. 5. Heft. Nürnb. 1799.

vel;

Rec. Hydrargyri muriatici corrosivi,  
Aeruginis ana Grana sex,  
solve in

Aqua destillatae Libris duabus.

In tinea pertinaci, solutis antea per Cataplasma emollientia crustis, caput hac solutione lavatur usque ad plenariam cutis exsiccationem et sanationem. Commendaverunt hanc methodum adhibitis simul interne pilulis Plummerianis (vid. supra) Desault chirurg. Wahrnehmungen 6ter Bd. 1798 et Callisen System der W.A.K. Leipzig. 1798. iter Th.).

vel;

Rec. Hydrargyri muriatici corrosivi Drachmas duas,  
— oxydati rubri Grana decem,  
Spiritus Angelicae,  
— Anthos ana Drachmas duas,  
Zinci sulphurici Drachmas quatuor et dimidiem diam,  
Aqua fluvialis Mensuram.

Solve exakte. Ad scabiem praecipue hanc solutionem commendat Reis in Allg. med. Annalen. Altenb. 1817. Juli. Ad eundem effectum solutionem Zinci sulphurici in Decocco Corticis Ulmi vel Radicis Helenii commendat Harless in Journal der pract. Heilk. Mai 1816.

### Lotio Juglandis.

& Corticum viridum Nucis Juglandis siccatorum Unciam unam,  
Infunde cum

Aqua Libra una.

Post tres horas, infusio ebulliat per horae quadrantem, efrigerata colentur. Ad ulcera herpetica laudatur. (cf. D. Franck Epit. Lib. IV. pg. 155.)

### Lotio Kali carbonici.

℞ Kali carbonici Unciam dimidiam,  
solve in

Aqua fontanae Libra una.

Solvendis et discutiendis mammarum nodis lacteis egrae-  
gie prodest. cf. Hufeland pract. Journal V. Bd. 3. St.

### Lotio Natri camphorata.

℞ Natri carbonici siccati Drachmas duas,  
Camphorae Scrupulos duos,  
Sacchari albi Uncias duas.  
Terendo affunde sensim

Aqua communis Libras duas.

D. S. Linteo carpto imponendum. Egregie laudat hoc  
remedium ad epithema et lotionem in ulceribus spon-  
giosis cum margine calloso Saviard Receuil d'observa-  
tions chirurgicales. Paris 1784.

### Lotio Nicotianae.

℞ Herbae Nicotianae Uncias duas,

Aqua fontanae Uncias sedecim.

Ebulliant per horae quadrantem. Colatura adde

Kali carbonici Drachmam.

In tinea capitis et favo, deraso capillo, panno huic so-  
lutioni calidae intincto caput irrigatur. Tunc vero ma-  
ne et vespere crustis infricitur Unguentum ex Hydrar-  
gyri muriatici mitis Drachma et Unguenti Picei Uncia  
una. Laudant hanc methodum Marryat Handbuch  
der pract. Arzneik; a. d. Engl. 1793. Pg. 289. et Nie-  
mann in additamentis ad versionem suam von Heber-  
den Commentarien.

### Lotio Quercus saturnina.

R Decocti Corticis Quercus,  
Aquaes saturninae ana Uncias sex,  
Albuminis Ovorum No. duo.  
Liquoris Myrrae Uncias duas.  
Ad excoriationes sphacelum minitantes.

### Lotio Tartari stibiati.

R Tartari stibiati Drachmam unam,  
Spiritus camphorati Unciam dimidiam,  
Aquaes ferventis Libram unam.

Imbuto huic solutioni et pectori imposito panno xyloino  
anginam pectoris sanavit W. Goodwyn. (London  
medical Journal 1801.) Eundem effectum habuit Linimentum  
ex Tartari stibiati Drachma, Spiritus Saponis Un-  
cia dimidia et Aquaes Uncis quatuor. Adhibenda cae-  
terum haec Solutio externe ubicunque irritationem cu-  
taneam et derivationem a partibus internis instituere  
velis.

### Lotio Veratri mercurialis.

(antipsorica.)

R Decocti Veratri ex Uncia parati Uncias octo,  
Hydrargyri muriatici mitis Drachmam,  
Kali nitrici Drachmas duas,  
Ammonii muriatici Uncias duas.

M. f. Lotio, frequenter applicanda. Tanquam egregium  
antipsoricum laudatur a Wilson in medical and chi-  
rurgical Journal by Fothergill and Want, 1815.  
March.

Oleum Hyoscyami ammoniato-camphoratum.

℞ Olei Hyoscyami Sesquiunciam,  
Liquoris Ammonii caustici Semiunciam,  
Camphorae,  
Tincturae Opii simplicis ana Drachmas duas.

M. Sopiendis doloribus in spasmis et inflammationibus asthenicis, e. g. febre puerarum egtegium epithema vel infriandum. Notissima caeterum et sopiendis spasmis et doloribus efficacissima compositio est Olei anodyni Vogleri ex Olei Hyoscyami et Chamomillae cocti partibus aequalibus.

Opiatum.

(antiodontalgicum.)

℞ Olei Hyoscyami Drachmam unam,  
Opii Drachmam semis,  
Extracti Belladonnae,  
Camphorae ana Grana sex,  
Olei Cajaput,  
Tincturae Cantharidum ana Guttas octo.

Redigantur in formam Opiati, cuius particula in cavum dentis intruditur. Handel in Hufelands Journal  
10. Bd. 1. St. S. 196.

vel:

Rec. Opii  
Camphorae ana Grana duo,  
Olei Caryophyllorum aromaticorum,  
Essentiae Piperis Jamaicensis ana Granum unum.

M. f. Pil. no. iv, quarum singula denti carioso intruditur.

vel:

Rec. Tincturae Pimpinellae.  
Spiritus sulphurico-aetherei ana Drachm. duas;

Tincturae aromaticae Drachmam,  
Olei Caryophyllorum Grana duodecim,

Gossypio infusum denti immittitur.

vel:

Rec. Extracti Belladonnae,

— Hyoscyami,

Opii puri ana Grana decem;

Pulveris Radicis Pyrethri Drachmam dimidiam,

Olei Caryophyllorum Guttas viginti.

M. f. Massa, de qua formentur Pilulae Grani unius.  
Laudatur ab Ill. Rust (Magazin für die gesammte Heilkunde III. Bd. 3. St. Berlin 1818).

vel:

Rec. Pulveris Mastichis,

— Sandarac ana Drachmas duas,

Sanguinis Draconis Grana decem,

Opii Grana duo,

Olei Anchos Guttas octo,

Spiritus Cochleariae q. s. f.

Massa consistentiae Emplastri, cuius pars magnitudinis pisi gingivis dolentibus imponatur. — Non minores vires odontalgicas habent Collutorium ex Radicum Asari et Pyrethri ana Uncia semis in Aceto decocta, vel Tinctura Gossypio infusa ex Tincturae Pimpinellae, Spiritus sulphurico, aetheri ana Drachma et Olei Caryophyllorum Guttis duodecim — vel quoque Camphorae frustulum, cui Aetheris sulphurici Gutta instillata, cavitati dentis impressum.

### Pasta depilatoria.

R Auripigmenti Unciam,  
Calcis viva Libram,  
Amyli Uncias decem,  
Aquae q. s.

Sensim inter terendum miscentur et fiat pasta, qua loca pilosa inungantur, quo facto pars illico abluenda.

### Pediluvium ex Armoracia.

℞ Aquae calidae Libras quatuor,  
Radicis Armoraciae tritae Uncias duas ad  
quatuor. M.

Ad sudores pedum revocandos summe commendatur a  
Schlegel Materialien zur A.W. IV. Bd. 1805.

### Puls arsenicalis.

℞ Succi Carottarum Libram,  
Plumbi acetici,  
Arsenici albi in  
Aceti Vini destillati s. q. soluti ana Unciam  
dimidiam, T  
Tincturæ Opii crocatae Drachmam unam  
semis.

Herbae Conii maculati q. s. M.

ad formam pultis, cui in casu maligno additur Decoctum Chinae. Laudat hujus pultis impositi effectus anticancerosos le Febure, addita lotione cum Arsenici albi Granis octo solutis in Aquae destillatae Unciis triginta duabus. In cancro uteri injectit Decoctum Carotitarum et Cicutae, cuius Unciis triginta duabus adduntur Opii et Arsenici ana Grana quatuor.

### Pulvis aluminosus.

℞ Aluminis Unciam semis,  
Catechu Drachmas duas.  
M. S. f. Pulv. in haemorrhagiis applicandus.

### Pulvis Aluminis et Cupri.

℞ Sacchari albi Unciam dimidiam,  
Aluminis usti Drachmam semis,  
Cupri sulphurici Grana octo.

U

M. f. Pulvis subtilissimus, quo optimo utimur in ulceribus saniosis, laxis, scrophulosis, ubi caustici mitis praestat effectus, partes luxuriantes malae conditionis auffert, et puris genuini productioni favet. Encanthides oculorum hoc Pulvere auferre suadet le Febure (vor den Augenentzündungen. 1802.)

### Pulvis aluminoso-mercurialis.

Rx Aluminis usti Unciam,  
Hydrargyri oxydati rubri Unciam dimidiam.  
M. Pro usu externo. Causticum carni luxurianti inspergendum. Plenck.

### Pulvis Angelicae compositus.

(sialagogus.)

Rx Elaeosacchari Cinnamomi,  
Radicis Angelicae,  
Ammonii muriatici ana.

M. f. Pulv. Cuspidatim in ore ad liquationem tenendus. Egregius in paralysi muscularum linguae et ubicunque incitatione partium oris, et salivam movere opus est.

### Pulvis arsenicalis.

(mixtura Cosmiana.)

Rx Arsenici albi Scrupulos duos,  
Cinnabaris nativae Drachmas duas,  
Sanguinis Draconis Grana duodecim,  
Cornu Cervi usti Grana octo.

M. f. Pulv. subtiliss., cuius pauxillum cum saliva tritum penicilli ope ulceribus carcinomatosis illinitur et tenui pelli (Goldschlägerhäutchen) tegitur. Laudatur a Thedenio (neue Bemerkungen III. Thl.)

vel:

Rec. Arsenici albi Grana quadraginta,  
Cinnabaris Drachmas duas.

M. f. Pulvis illinendus ulceribus carcinomatosis superficialibus. conf. Monteggia Bemerk. ub. vener. Krankheiten, Wien 1798.

### Pulvis Chinae.

(antisepticus.)

℞ Corticis Chineae Drachmam dimidiam,  
Camphorae Grana tria.

M. f. Pulvis. In gangraena humida inspergendus.

### Pulvis dentifricius.

℞ Pulveris Ossium Sepiae,  
— Tartari depurati ana Unciam,  
— Radicis Ireos florentinae Unciam  
unam et dimidiam,  
— Lapidum Cancrorum,  
— Coralliorum rubrorum,  
— Catechu ana Drachmas duas,  
— Sacchari albi Drachmas tres,  
— Laccae in Globulis Unciam dimi.  
diam,  
— Myrrhae Unciam,

Olei Bergamottae,  
— de Cedro ana Guttas viginti,  
— Caryophyllorum Guttas decem.

M. f. Pulvis. (Marcus Recepttaschenbuch.)

Pulvis errhintis.

℞ Hydrargyri muriatici mitis Grana decem,  
Camphorae,  
Resinae Guajaci ana Grana quinque,  
Sacchari Candis Drachmam dimidiam,  
Corticis peruviani Scrupulum unum.  
M. f. Pulv. Divid. in xx partes aequales.

vel:

Rec. Hydrargyri muriatici mitis Scrupulum unum,  
Camphorae,  
Resinae Guajaci ana Grana decem,  
Sacchari Cand. Scrupulos duos,  
Corticis peruviani Scrupulum unum,  
Olei Caryophyllorum Guttas duas.

M. f. Pulvis. Divide in xx partes aequales.

vel:

Rec. Hydrargyri muriatici mitis Scrupulos duos,  
Camphorae,  
Resinae Guajaci ana Grana decem.  
Sacchari Cand. Scrupulos duos,  
Corticis peruviani,  
Radicis Hellebori albi Grana decem,  
Olei Cajaput Gutt. quinque.

M. f. Pulvis. Divide in xx partes aequales.

Laudat haec errhina in Amaurosi J. C. Kleber nieuwe  
natuur en geneeskundige Bibliothek door B. Tersiet.  
Erste Deel Derte Stück pg. 558. Secundum fortius est  
primo, et tertium secundo.

vel:

Rec. Sacchari subtilissime pulverati Grana decem,  
Hydrargyri muriatici mitis Granum unum,  
Tincturæ Guajaci ammoniatae Guttam unam.  
Misceantur exactissime. Naribus attractus quandoque  
bonum edit effectum in glaucomate, amaurosi et ceph-  
algia a muci retentione Sternutationem contraindican-  
tia sunt congestiones sanguinis ad caput, sistema irri-

tabile n  
de hoc  
Pharma  
compos  
dua ei  
nisi o  
Rx Kin  
Gu  
M. f. I  
compre  
tibus i  
Conf. c  
de Gu  
Lenti  
strum e  
gis ab

Rx Hy

Ac  
Solutio  
treo in  
dicati,  
diu, d  
cidat.  
coretur  
stillata  
stici (1  
mis di  
dum n  
coeat.  
In bali  
plures  
nici in

tabile nervorum, graviditas et haemoptysis. Idem quod de hoc Pulvere, valet quoque de Pulvere sternutatorio Pharmacopoeae Borussicae pag. 133. et aliis ejusmodi compositionibus.

**Pulvis Kino gummosus,**

(stypticus.)

R Kino Drachmam dimidiam,

Gummi Mimosae Drachmam unam.

M. f. Pulvis, quo conspergitur linteum capitum bene compressum et acetatum, vulneribus sanguinem fundentibus imponendum, et Emplastro adhaesivo firmandum. Conf. quae Reilius in Memorabilibus clinicis Vol. I. de Gummi Mimosae usu externo styptico docet. — Lentini (Beitr. III. Band. 1804. S. 199.) pulverem nostrum egregium invenit sistendis haemorrhagiis ex platis ab iictu hirudinum.

**Sapo Hydrargyri.**

R Hydrargyri nitrici frigore parati Guttas 500,  
solve in

Aquae destillatae Uncii viginti.

Solutione peracta, decantetur Liquor et vasi magno vitro immittatur. Affundatur denuo Solutio Saponis medicati, lente, fere guttatum, sub assidua agitatione, tam diu, donec nullum ulterius praecipitatum, solutioni excidat. Praecipitatum separetur et Aqua destillata edulcoretur, probe siccatum commisceatur cum Aquae destillatae Uncii sex, et cum Lixivii Alcali mineralis caustici (ponderis specifici 1053) Uncii tribus et Drachmis duabus sub continua agitatione coquatur, usque dum massa mucilaginosa frigefacta in Saponis formam coeat. v. Crell's chem. Annalen 1797. 1. Bd. S. 3. — In balneis solutum hunc Saponem commendaverunt complures ad sanationem rheumatismi et exanthematis chronici inveterati.

### Sinapismus.

**R** Farinae Avenae grosso modo Uncias quatuor,  
Aceti Vini Uncias sex.

Coque ad consistentiam Cataplasmatis, sub  
finem coctionis adde

Pulveris Florum Sambuci grosso modo Un-  
cias tres,

— Seminum Sinapis Drachmas tres.

Hic Sinapismus inter lintea tenuia, crassitie digitii, cali-  
dus illinatur, quo facto Acidi acetici Uncia dimidia fri-  
gide admisceatur et imponatur. Non nimis fluidus sit  
sed bene inspissatus, adeo ut nonnisi vapores calidi lin-  
tea penetrant.

### Species ad Fumigationem anticonta- giosam.

**R** Sulphuris,

Picis ana Libras sex,

Thuris,

Storacis,

Radicis Zingiberis ana Libras quatuor,

Ladani,

Caryophyllorum aromaticorum,

Cardamomi,

Radicis Aristolochiae longae,

Gummi Euphorpii,

Cubebarum ana Libras duas,

Piperis nigri,

Baccarum Juniperi ana Libras tres,

Furfurum Libras quadraginta novem,

Pulverisentur, misceantur, et Carbonibus carentibus  
inspergantur, Fumo ex hisce speciebus utuntur Mas-

sitiae jam diu optimo cum successu in aedificiis et na-  
vibus ad separationem pestis suspectorum conf. Ke-  
vaudren in Hufeland's Journal XXI. Bd. 3. St. cf.  
quoque Vapor.

### Spiritus Sabinae.

**R**e Spiritus Sabinae destillatae Uncias sex,  
in quibus solve

Olei destillati Sabinae Drachmam unam.

S. Infricandum. In doloribus arthriticis ad usum ex-  
ternum commendatur a Ravio Beob. und Schlüsse aus  
der prakt. A.W. 2. Thl. Münster 1799.

### Stillicidium aromaticum.

**R** Specierum aromaticarum Uncias sex,

Baccarum Lauri,

Juniperi ana Uncias duas,

Incisa contusa coquuntur cum

Aqua communis Mensuris tribus,

vase clauso, per quadrantem horae. Cola-  
turae admisce

Ammonii muriatice Uncias quatuor.

Spiritus Juniperi Libram.

Hic Liquor pro stillicidio si modice calefactus aptovas  
immittitur, et ex ejusdem cannula ex alto in partem  
affectam denudatam destillat, in paralysi merito com-  
mendatur. Stillicidio per dimidiam horam continuato  
aeger in lectum calidum reponatur et pars affecta cum  
pannis calide fricitur. Plenck.

### Suffumigatio. vide Vapor.

**Tinctura Cantharidum terebinthinata,**

**R.** Olei Terebinthinae Unciam,

— Tincturæ Cantharidum Drachmas tres,

Liquoris Ammonii Drachmam unam et di-  
midiam.

M. Ad usum externum in hydrope et tumoribus asthe-  
niciis ter in die cochlear parvum infricandum,

**Tinctura Chinae.**

**R.** Extracti Chinae frigide parati Drachmam

unam,

fiat Pulvis, cui adde

Spiritus Vini rectificati Drachmas septem,  
Naphthae Vitrioli Drachmam unam.

M. D. ad vitr. S. Ter in die tertia pars spinae dorsi  
et interno brachiorum vel crurum lateri infricandum.  
Egregium in affectibus paralyticis, tabe dorsali et debi-  
litate muscularum dorsi.

**Tinctura Chinae gingivalis,**

**R.** Tincturæ Chinae Uncias duas,

— Myrrhae Unciam dimidiad,

— Kino Drachmas duas,

Spiritus Cochleariae Unciam. M.

Laxitati gingivarum medetur, et cariem dentium sistit  
vel praecavet, si quotidie, Gossypio excepta, cariosis  
dentibus immittitur et gingiyis applicatur, eademque,  
aqua diluta, os eluitur. (Wendt Formulae medicamen-  
torum Instituti clinici Erlangensis 1807.)

vel:

Rec. Corticis Chinae fuscae Unciam,

Caryophyllorum aromaticorum Drachmas duas,

Radicis Calami aromatici,  
 — Iridis florentinae,  
 Catechu ana Unciam dimidiam,  
 Florum Rosarum,  
 — Naphae ana Drachmas tres,  
 Aluminis crudi Drachmas duas,  
 Digerantur cum  
 Spiritus Vini rectificati Libris duabus,  
 Aquae Cochleariae Libra una et dimidias.  
 Post digestionem tingatur  
 Coccionellas Drachmis tribus,  
 vel:  
 Rec. Aquae Salviae,  
 — Cochleariae,  
 Tincturae Myrrhae,  
 — Aurantiorum immaturor, ana Drach-  
 mas duas,  
 Mixturae vulnerario-acidae Drachmam unam  
 et dimidiam,  
 Mellis rosati Unciam.  
 M. — vide etiam Collutorium.

**Tinctura Myrrhae cum Acido phosphorico.**

**R** Acidi phosphorici Guttas triginti,  
 Tincturae Myrrhae Unciam dimidiam,  
 M. Ad usum externum in ossa cariosa efficacem invenit  
 hanc Tincturam Lentini. In carie dentium dolorifica  
 idei invenit Hirsch (prakt. Bemerk. über die Zähne,  
 Zweite Aufl. Jena 1801.)

**Vapor aceticus.**

**R** Kali sulphurici ruditer contusi Uncias duas,  
 immittantur lagenae cum collo ampliori;  
 affunde

Aceti radicalis q. s. ad humectationem Kali sulphurici.

S. Lagena relinquatur aperta per aliquot horas in cubiculo aegroti.

Gaudent hi vapores viribus antimephiticis et anticontagiosis.

### Vapor hepaticus.

Rx Calcariae sulphuratae Unciam dimidiam,  
solvatur in lagena amplioris colli cum

Aquae Libra una et dimidia, dein instillentur

Acidi muriatici diliti Drachmae duea.

S. Lagena relinquatur aperta per aliquot horas in cubiculo aegroti. In quibusdam phthiseos casibus hic vapor usum praestitit.

### Vapor muriaticus oxygenatus.

(antiloimicus.)

Rx Natri muriatici (Salis culinaris) partes quinque,

Manganesii oxydati nativi partem unam,

Aquae fontanae partes duas.

Misceantur in vase vitro. Deinde sensim instillentur

Acidi sulphurici concentrati purissimi partes tres.

Praestantissimus vapor hic oriundus est delendis miasmatibus contagiosis et purificando aeri atmosphaerico corrupto. Sed monendum, respirationem eodem male affici, hinc domicilia, quorum atmosphaera fumigatione depuranda sit, ab hominibus evacuanda esse. Boni quoque effectus, neque tamen in tali gradu quam vapor muriaticus oxygenatus, sunt vapor muriaticus simplex

ex Salis culinaris partibus duabus et acidi sulphurici parte una, vel vapor nitricus ex Kali nitrico et Acido sulphurico ana. conf. Morveau von den Mitteln die Luft zu reinigen, übers. von Pfaaff. 1802. — Vitandis detrimentis ex horum vaporum generatione iu via humida oriundis Siegl pharmaceuticus Monachensis globulos propositi carbonibus carentibus injiciendos hoc modo parandos:

Rec. Pulveris Natri muriatici,  
— Ferri sulphurici,  
— Terrae Limi tenacis ana Libram et  
dimidiam,

— Manganesii oxydati nativi Uncias tres.

Seorsim pulverisata misceantur et cum Aquae calidae sufficiente quantitate fiat pasta spissa, statim in globulos formanda, lenissime siccanda.

### Unguentum acetatum.

Rx Aceti concentrati vel Acidi acetici Uncias duas,

Unguenti rosati,

Olei Olivarum ana Uncias tres.

M. triturando fiat Unguentum,

Uncia una hujus Unguenti continet Acidi acetici Drachmas duas. Aequo ac Unguentum oxygenatum (v. infra) erga impetigines, scabiem praecipue, cum successu applicatur.

### Unguentum aromaticum.

Rx Unguenti Rorismarini compositi Uncias duas,

Olei destillati Lavendulae,

— — — Cajaput,

— — — Menthae,

— — — Chamomillae ana Scrupulum unum,

Kali  
aliquot  
icontra-

n,  
off  
in cu-  
hic va-

quin-

am,

sensim

par-

mias-  
haerico  
a male-  
gatione  
ni quo-  
vapor  
implex

M. — Usus hujus Unguenti externus efficacissimus est in morbis asthenicis, nervosis et paralyticis.

### Unguentum Arsenici,

(erga cancrum.)

R Arsenici albi,  
Sulphuris ana Drachmam,  
Aceti Vini Unciam dimidiam,  
Unguenti albi Unciam.

Misce. — Compositio Birchii, Chirurgi Londinensis, quem, complura carcinomata eadem sanasse narrat Ehrlich (chirurgische in London gemachte Bemerkungen 1795.)

Richterus Arsenicum adhibuit in Mixtura Bernhardiana (v. chirurg. Biblioth. Tom. 7. pg. 482.) Cicutam vero et Aquam Laurocerasi inutiles invenit. Picem liquidam (Theer) externe admotam multum in purgandis carcinomatibus praestitisse affirmat Richter (Bemerkungen).

vel:

Rec. Arsenici albi Grana quatuor,  
Butyri recentis non saliti Drachmas sex,  
Cerae albae Drachmas duas.

Misce f. Unguentum, ter in die ulceri maligno carcinomato illinendum (Hargens). — Aliud praeparatum Unguenti Arsenici dedit Althof hoc modo:

Rec. Arsenici albi Grana tria,  
solve in  
Aqua destillatae Drachmis tribus,  
admisce  
Aceti saturnini,  
Extracti Cicutae,  
— Corticis peruviani ana Unciam dimidiad.

D. S. quater usque ad sexies in die parti affectae illinendum.

### Unguentum Ammoniaci.

**E**c Gummi Ammoniaci Unciam,  
solve in

Aceti squillitici q. s.

ad consistentiam Unguenti tenuioris. Richter *us* (med.  
chir. Bemerk. I. 313.) hoc Unguentum p̄ae aliis in fun-  
go articuli laudavit. In omnibus contusionibus genu  
tanquam optimum remedium epithemata ex Decoc̄to Ra-  
dicis Bryoniae cum Aceto et Sale culinari laudat Tram-  
pel in Arnemanns Magazin 1. Bd.

---

### Unguentum ammoniatum.

**E**c Unguenti rosati Unciam,

Ammonii carbonici pyro-oleosi Drachmam,  
Olei Jasmini Guttas quatuor. M.

Tumoribus lacteis mammarum frigidis bis terve quotidie  
infricandū (v. Jahn v. Kinderkrankheiten pg. 99.).

vel:

Rec. Unguenti saturnini Drachmas duas,  
Linimenti ammoniati camphorati Drachmam  
unam semis,  
Tincturae Opii simplicis Guttas quindecim.

M. Osiander (Denkwdigkeiten 2. Bd. 2. St.) hoc  
Unguentum praecipue commendat ad repressionem in-  
flammationis mammarum. Indurationibus mammarum a  
suppuratione remanentibus medetur Unguento ex Her-  
ba Cicutae pulverisata cum Melle.

---

### Unguentum basilicum cum Elemi.

**E**c Unguenti basilici Unciam dimidiam,

— Elemi,

Mellis ana Unciam unam.

Leni calore simul solvantur et exacte misceantur. Ad  
curam ulcerum praeprimis commendatur a Fordyce

(Fragmenta chirurgica et medica). — Ulcera inveterata  
Citri segmentis impositis optime sanari Frank in med.  
chirurg. Zeitung. Febr. 1795.

### Unguentum camphorato-saturninum.

(ad membra gelu affecta.)

**R** Camphorae,  
Plumbi acetici ana Scrupulos duos,  
Aeruginis,  
Olei Petrae ana Drachmas duas.

M. f. Unguentum, membris frigore inflammatis illen-  
dum.

### Unguentum Cantharidum.

**R** Olei laurini Unciam,  
Tincturae Cantharidum Drachmas duas,  
Camphorae Drachmam,  
Olei Olivarium q. s. M. f. Unguent.

Admodum laudatur a J. Millaro (Bemerkungen über  
die Engbrüstigkeit und das Hühnerweh. Leipzig 1769.  
S. 161.) ad revocanda exanthema chronica suppressa,  
quia non solum eo loco, ubi infrecatur, sed etiam supra  
totum corpus, eruptionem pustularum producit. In pa-  
ralysi quoque egregie agit addito praecipue loco Olei  
Olivarum Oleo Cajaputae vel Fabae Sancti Ignatii.

### Unguentum e Cupro.

**R** Cupri sulphurici Drachmam dimidiam,  
Axungiae cujusdam Unciam unam.

Conterantur optime. f. Unguentum (in ulceribus syphi-  
liticis externis praestantissimum et reliquis omnibus re-  
mediis praeferendum (cf. Observations nonnullae me-

dico-practicae Diss. Praes. Engelhardt def. Hardt, Lund 1797. Caustica magis et delendis nonnisi fungosis ulcerum excrescentiis adhibenda est compositio, qua e. g. utuntur Russi et Siberici in panaritio, frequenti inter eos morbo (v. Gimelins Reise Tom. II. pg. 146.) scilicet :

Rec. Pinguedinis porcini Unciam unam,  
Resinae Pini Libram unam,  
Aeruginis,  
Cupri sulphurici ana Drachmas duas,  
Aluminis Unciam dimidiam,  
Hydrargyri muriat. corros. Scrupulos duos. M.

### Unguentum Elemi cum Alumine.

R Unguentum Elemi Unciam dimidiam,  
— de Styrace Drachmas duas,  
Balsami peruviani Drachmam dimidiam,  
Hydrargyri oxydati rubri Grana quindecim,  
Aluminis usci Grana quinque,  
Olei Hyperici q. s. M. f. Unguentum,  
cujus egregias vires in mala vulnerum et ulcerum conditione experientiae a Michælis (in Loders Journal III. Bd. 5. St.) communicatae comprobant.

### Unguentum Helenii.

R Radicis Helenii Uncias duas,  
coque cum  
Aqua fontanae q. s.  
ad Mucilaginem. Colatura adde  
Axungiae porcinæ q. s.  
F. Unguentum quod scabiei cum egregio effectu opponitur. Conf. Hufeland System der prakt. Heilkunde, 2. Bd. 2. Th.

**Unguentum Hydrargyri.**

(ad frictiones Louvrieri.)

**R** Unguenti Hydrargyri cinerei Drachmā,

Hydrargyri oxydatis rūbri Grana quinque.

M. terendo. — Haec est portio ad unam frictionem; quarum applicatio usque ad salivationem sufficientem cum regimine calido in lectu, et victu nonnisi tenuissimo aquoso per plures septimanas continuata, methodum praebet, quam ad curam syphilitis radicalem praecipue laudaverunt Louvrieri (Nosographisch therapeutische Darstellung syphilitischer Krankheitsformen, nebst Angabe einer zweckmässigen und sichern Methode veraltete Lustseuchenübel zu heilen. Wien 1809), Faber et praecipue Rust (Magazin für die gesammte Heilkunde 1. Bd. 3. St. 1816.)

**Unguentum Hydrargyri camphoratum.**

**R** Unguenti Hydrargyri cinerei Drachm. unam,

albi camphorati Drachmas tres. M.

Egregie laudatur hoc Unguenium in rheumatismis asthenicis à Cel, Lentini in Hufeland's Journal 1. Bd. 2. St. In primis in rheumatismo aurum processui mastoideo hujus Unguenti Scrupulum infricari expertus jussit.

**Unguentum Hydrargyri citrinum saturninum.**

**R** Unguenti Hydrargyri citrini Drachmas duas,

saturnini Drachmas sex. M.

In impetiginibus, favo praecipue, diminuto paullum lymphae affluxu, caput hoc remedio siccari jubet Armstrong. Bell et Duncan laudaverunt Hydrargyri muriatici corrosivi Granum unum solutum in Unciis quatuor Aquae destillatae, qua mica panis humectetur et

favo imponatur. Jahnus (Kinderkrankheiten pg. 448) praefert Unguentum e Zinco oxydulato albo et semine Lycopodii vel Unguentum contra scabiem Werlhofii. Thilenius (medizin. Beobacht.) quoque laudavit Unguenti Hydrargyri citrini Pharmacopoeae Borussicae erga impetigines effectum.

### Unguentum Hydrargyri muriatici corrosivi.

℞ Hydrargyri muriatici corrosivi Grana decem,  
Hydrargyri muriatici praeципитati Drachmam unam,  
Adipis suillae Uncias tres,  
Olei de Cedro Drachmam unam.

M. f. Unguentum intra decem dies consumendum illinendo in locos scabiosas. Ring in Bradley medical and physical Journal 1802.

vel:

Rec. Hydrargyri muriatici corrosivi,  
Ammonii muriatici,  
solve in  
Aqua Rosarum Unciis quatuor,  
filtrantur, adde  
Axungiae porcinae purae Uncias quatuor.  
Terantur in mortario vitro in balneo mariano ad perfectam evaporationem Aquae Rosarum. Post refrigerationem adde  
Olei Cedrae Guttas trigesinta.

Est Unguentum Sublimati ex inventione Cirilli ad frictiones antisyphiliticas et antiherpeticas.

### Unguentum Hydrargyri muriatici mitis.

℞ Unguenti rosati Unciam,  
Hydrargyri muriatici mitis Drachmam semis,  
Tartari stibiati Scrupulum.

M. — In angina polyposa omni bihorio collo infri-  
candum, donec concretio polyposa evacuatur. Jahn Kin-  
derkrankheiten pg. 572.

### Unguentum Hydrargyri muriatici praecipitati.

R Hydrargyri muriatici praecipitati Drachmam,  
Unguenti rosati Unciam dimidiam. M.  
vel:

Rec. Hydrargyri muriatici praecipitati Drachmam,  
Sulphuris depurati Unciam dimidiam,  
Axungiae Porci Unciam unam et dimidiam,  
Olei laurini Drachmam.

M. — Scabiei, aliisque exanthematibus chronicis magno  
cum emolumento opponitur.

### Unguentum Hydrargyri oxydati rubri. (ophthalmicum.)

R Hydrargyri oxydati rubri Grana octodecim,  
Butyri non saliti Unciam unam.

M. e. f. Unguentum in distichiasi et trichiasi cum ato-  
nia et induratione glandularum meibomianarum et tarsi  
illuminendum. In excretione muci ichorosi prae nimia  
glandularum asthenia isti Unguento addatur Olei Roris  
marini Guttæ viginti. Ubi margines palpebrarum simul  
excoriatae sunt, adde Drachmam Florum Zinci. Quodsi  
Unguentum dolores excitat, Praecipitati dosis minuenda  
et Tincturae Thebaicae aliquot Guttae addendae sunt.  
cf. Schlegel in Arnemanns Magazin der Chirurgie,  
2. Bd. 2. St. — In genere autem de quantitate Hydrar-  
gyri in hisce Unguentis ophthalmicis nihil unicuique ca-  
sui convenienter statnere licet, sed omnia ad arteriosi-  
natis vel venositatis praepondium in ophthalmia compo-  
tenda sunt.

frican-  
1 Kin-  
1  
prae-  
mam,  
M.  
hnam,  
diam,  
magno  
rubri.  
decim,  
um ato-  
et tarsi  
e nimia  
ei Roris  
in simul  
Quodsi  
iniunda  
lae sunt,  
hirurgie,  
Hydrar-  
uique ca-  
arteriosi  
a compo-

vel:  
**Rec.** Butyri insulsi Uncias quatuor,  
 Hydrargyri oxydati rubri Drachmas duas,  
 intime mistis adde

Aceti saturnini Unciam unam et dimidiam.

Tere donec omnis humiditas dispareat. — Prodest haec  
 compositio Balsami ophthalmici de St. Yves cum Aceto  
 saturnino in ophthalmis asthenicis humidis subjecti ir-  
 ritabilis ad inflammations proni. Joerdens in Arne-  
 man's Magazin für die Chirurgie 2. Bd. 2. St.

vel:

**Rec.** Butyri recentis Drachmas tres,  
 Hydrargyri oxydati rubri Grana decem ad vi-  
 ginti,  
 Aeruginis Grana sex ad octo,  
 Boli albi,  
 Opii ana Scrupulum.

M. terendo exacte. In panno oculorum hujus Unguenti  
 ophthalmici usum commendat Benedict (Annalen des  
 klinisch-chirurgischen Instituts auf der Universität zu  
 Breslau, 1. Bd. 1. Heft. 1815.).

vel:

**Rec.** Butyri insulsi recenter parati Drachmas duas,  
 Hydrargyri oxydati rubri Grana quinque,  
 Tutiae praeparatae Grana quatuor,  
 Camphorae electae Grana duo.

Misce exactissime. D. S. Mane et vespere ad lentis  
 magnitudinem oculo infricandum. Salutaris hujus Un-  
 guenti effectus narratur in Horn's Archiv für med. Er-  
 fahrung. Jahrgang 1811. Novbr. Decbr. pag. 417.

vel:

**Rec.** Hydrargyri oxydati rubri Grana quatuor ad  
 sex,  
 Butyri recentis insulsi Drachmas duas,  
 Aceti saturnini,  
 Tincturae Opii crocatae ana Drachmam dimi-  
 diam.

Misce exactissime donec omnia humiditas extincta sit,

fiat Unguentum, quod mane et vespere oculis applicare suadet Rust (Magazin für die gesammte Heilkunde. I. Bd. 3. St. 1816. pg. 495.) in tumore et exulceratione inflammatoria glandularum Meibomi, psorophthalmia, lipitudine, ophthalmia senili et in stadio secundo omnium fere ophthalmiarum, praecipue catarrhalis et scrophulosa, nec non post ophthalmico- et blepharo-blennorrhoeas erga palpebrarum, conjunctivae et corneaे ulcera. Ubi fortiori hujus remedii effectu opus est, Hydrargyro oxydato rubro substituere licet Hydrargyrum oxydatum album.

vel:

Rec. Hydrargyri oxydati rubri subtilissime pulverisati Granum unum ad quatuor,

Olei Nucum Juglandis regiae Drachmas duas. M.

Penicilli vel pennae ope ilitum ad pannos oculorum tollendos apprime laudatur in Fritze med. Annalen 1778 et in Wendt Formulae medicamentorum Instituti clinici Erlangensis 1807.

vel:

Rec. Hydrargyri oxydati rubri Grana sex,

Aeruginis Grana decem,

Tutiae praeparatae Grana duodecim ad qua-

tuordecim,

Butyri recentis insulsi Unciam dimidiam.

Misce exacte f. Unguentum, in ophthalmis chronicis cum magno secretionis affectu, internae palpebrarum superficie inficandum. In praeparatione hujus Unguenti observandum est, quod singula horum metallorum oxydatorum seorsim cum butyro terantur. Alias enim Hydrargyrum oxydatum oxygenio suo privatur, dum oxydatio Tutiae augetur. Ex eadem quoque ratione non uteris mortario metallo ad praeparationem hujus Unguenti. cf. Himly und Schmidt ophthalmologische Bibliothek 3. Bd. 2. St. pg. 68 et J. Spindler über Entzündungen des Auges, Würzb. 1807, pg. 71.

vel:

Rec. Hydrargyri oxydati rubri Grana decem,

Bis qu  
perfici  
mia a  
die K  
pg. 64

R

M. ex  
nuend  
ginam  
manner  
cum Z  
teriali  
Samm

E  
in ocu  
rum r  
facile  
adeo  
Praeci  
reddat  
e. g. C  
cipien  
tio ex  
medic  
litate  
tempe  
vero  
Amyg  
praeci  
sionen  
centis.  
addere

Camphorae Grana sex,  
Butyri recentis insulsi Drachmas duas. M.

Bis quotidie lentis magnitudine internis palpebrarum superficiebus ingerendum. Prae aliis laudatur in ophthalmia asthenica ab Ackermanno (Bemerkungen über die Kenntniß und Kur einiger Krankheiten. 1tes Heft. Pg. 64.) —

vel:

Rec. Hydrargyri oxydati rubri Grana quatuor,  
Extracti Opii,  
Zinci oxydati albi ana Grana decem,  
Axungiae porcinae recentis Drachmas duas.

M. exacte. F. Unguentum, quod maculis corneae immnnuendis egregium effectum praestare solet. — Ad marginem inaequalium in cicatricibus ulcerum in cornea remanentium reductionem maxime confert Oleum Ovorum cum Zinco sulphurico praeparatum. cf. Schlegels Materialien für die Staats-A.W. und prakt. Heilk. Fünfte Samml. 1807. pg. 63.

Excipientia, quae ad compositionem Unguentorum in oculorum morbis vulgo praescribi solent, sunt Butyrum recens insulsum et Axungia porci. Sed Butyrum facile rancescit et Axungia, in primis aestate, liquevit, adeo ut substantiae majoris ponderis eidem additae, e.g. Praecipitatum, decidant, et infima Unguenti pars acrior reddatur quam superior, nec non et volatilia quaedam e.g. Camphora evolent. Opus itaque est substantia excipiente firmioris consistentiae. Hanc praebet composition ex Cera alba et Oleo Amygdalarum. Horum medicamentorum proportio secundum quantitatem et qualitatem remediorum additorum definiatur, simulque annitatem calidior vel frigidior respiciatur. Plerumque vero justa proportio erit Cerae partis unius ad Olei Amygdalarum partes duas. Inter omnia Olea pinguia praecipue laudandum est Butyrum Cacao per expressionem paratum, addito dimidio Olei Amygdalarum recentis. Licet quoque Cerae vel Butyri Cacao aliquid addere, ubi Oleis pinguis fluidis in forma Unguenti

uti lubet. cf. Himly Einiges aus dem Formular zur richtigen Behandlung kranker Augen, in Ejus et Joh. Adami Schmidt Ophthalmolog. Bibliothek. 3. Bandes 2. Stück. pg. 80.

### Unguentum Hydrargyri oxydulati nigri.

℞ Unguenti rosati Drachmam,  
Opii Grana duo,  
Hydrargyri oxydulati nigri Granum unum.  
M. In ophthalmia neonatorum hujus Unguenti pauxillum infretur internae superficie palpebrarum conf. Jahn Kinderkrankheiten pg. 320.

### Unguentum Hydrargyri terebinthinatum.

℞ Hydrargyri puri Unciam,  
Terebinthinae venetae s. q.  
ad usque Hydrargyri extinctionem.  
Axungiae Leporis (vel Porci) recentis Uncias duas et dimidiam,  
Olei Cerae Uncias tres,  
— Menthae Guttas decem. M.

Tanquam efficacissimum embrocationibus remedium in gangliis tendinum laudatur im Réichsanzeiger 1796. no. 165. Ibidem no. 211 Oleum Succini super carbonibus illinitum commendatur.

### Unguentum Hydrargyri cum Zinco.

℞ Hydrargyri oxydati rubri laevigati Grana sedecim,  
Zinci oxydati albi Scrupulum unum,

Extracti Opii aquosi Scrupulum unum ad  
Drachmam dimidiam.

Butyri recentis insulsi Unciam dimidiam.

Intime misceantur. Ulceribus venereis (Chankern) ter  
ad quinques in die illendum. cf. Schlegels Mate-  
rialien zur Staats-A.W. IV. Samml. 1804. — Eundem in  
finem, deligandis scilicet ulceribus venereis, quoque uti  
licet Unguento simplici ex Hydrargyri oxydati rubri  
Scrupulo uno usque ad duos et Butyri recentis insulsi  
Drachmis duabus.

### Unguentum juglandinum cum Felle Tauri.

(ad maculas corneae.)

R Olei Nucum juglandium Drachmas duas,  
Fellis Tauri in sp. Drachmam dimidiam,  
Ammonii carbonici pyro-oleosi Grana duo.

M. Auctor hujus Unguenti, penicillo bis in die maculae  
corneae illinendi, fuit Conradi. Ejus usum confirmata-  
tum v. a Dr. Holst in Hufelands Journal 19. Bd.  
2. St. 1804. — Cel. Hufeland (ibidem) minuendis  
corneae maculis cum optimo successu usus est Unguen-  
to ex Olei Nucum Juglandium Drachmis duabus et Hy-  
drargyri oxydulati nigri Granis duobus.

### Unguentum Lithargyri guminosum.

R Lithargyri Uncias sex,  
Boli armenici Unciam,  
Mastichis,  
Myrrhae ana Unciam semis,  
Aceti Libras duas.

M. Coque leni igne per dimidium horae. Ad fungum  
articuli (Whiteswelling) egregie laudant Heister chi-

rurg, Wahrnehmungen. Rostock 1758. pg. 522. Baldinger (neues Magazin IV. Bd. 6. St.)

### Unguentum Manganesii.

**R** Manganesii sulphurici Unciam,  
Adipis suillae Uncias duas.

Terantur exacte. — Hujus Unguenti frictiones eosdem effectus habent antisyphiliticos, quam Unguentum Hydrargyri. conf Kappii librum: Was hat die neuere Chemie etc. 1805., ubi etiam praeparationem Manganesii sulphurici videas.

### Unguentum Myrrhae.

(ad vitandas faveolas variolarum.)

**R** Vitellos Ovi No. 2.

Butyri recentis insulsi Uncias tres,  
Myrrhae pulveratae,  
Spermatis Ceti pulverati ana Drachmas duas.  
Coquantur ad lenem ignem, donec fuscantur, tunc per linteum exprimantur et addatur Balsami peruviani Drachma dimidia. Hoc Unguentum tenui cuticulae in cicatriculis variolarum illinatur. Simul convalescens liberi aeris contactum per aliquod tempus fugiat, ne recens epidermis statim reprimatur et constringatur. Dr. Voigt im Reichsanzeiger 1799. no. 204.

### Unguentum Nicotianae.

**R** Succi Nicotianae Tabaci,  
Cerae flavae ana Uncias tres,  
Resinae Pini Unciam unam cum dimidia,  
Terebinthinae Unciam unam,  
Olei Myrrhae q. s. M.

Ceratum, quod tanquam bonum antiherpeticum commendatur a I. P. Frank (Epit. lib. IV. pg. 155.).

### Unguentum opiatum.

¶ Opii subtilissime pulverisati Drachmas duas,  
digere leni calore (30—35 Gr. Reaum.) per  
biduum cum

Fellis Vitulini Unciis duabus,  
adde

Axungiae porcinae Uncias duas,

Olei de Cedro Guttas quinque.

Unguentum anodynum, cuius octava pars omni vespere,  
et si opus est saepius, infricanda, ubi forsitan per ventriculum Opio uti non licet. Niemann additamenta  
ad Heberden Commentarien über den Verlauf der  
Krankheiten und ihre Bebandlung. Leipzig. 1805. pg. 432.  
Conf. Brera Anatripsologie.

### Unguentum oxygenatum (Allyoni).

¶ Adipis bovillae partes octo,  
colliquefactis ad lenem ignem infundatur

Acidi nitrici purissimi concentrati pars una.

Effervescant in retorta vitrea balneo arenae imposita,  
quo facto vas ab igne removeatur et mixtio refrigeretur. — Accurate in calefaciendo hoc Unguento momentum observetur, quo Adipis cum Acido conjunctio perficitur. Diutius enim continuata focillatio Adipem in partes constitutivas resolvit, quod cavendum est. Affictibus quibusdam syphiliticis cum successu oppositum, cf. Blair von dem Nutzen der Säuren in der Syphilis. Praecipue vero erga impetigines prodest.

vel:

Rec. Acidi muriatici oxygenati Drachmam,  
Olei Olivarium Unciam.

M. F. Unguentum, quod ad frictiones erga scabiem egrum invenit Deymann (Journal der ausländ. medicin. Literatur, 1, St. 1804).

vel:

Rec. Acidi sulphurici diluti Uncias duas,  
Unguenti rosati Uncias sex,  
Olei Olivaram Uncias sex.

M. Triturando in mortario vitro fiat Unguentum.  
Uncia dimidia hujus Unguenti continet Scrupulos duos  
Acidi sulphurici.

Plenckius (in Morenheims wienerischen Beiträgen zur pract. Arzneikunst. 2. Bd.) hanc methodum erga tineam et favum optimam invenit. Derasis capillaris, crustae cum Oleo Amygdalarum et Decocco Furfurum saepius infricantur et humectantur, quo citius desiscant et a cute secedant. Quo facto ter in die capit illinitur compositio ex Unguenti Althaeae Uncia dimidia, Unguenti juniperini Unciis duabus, et Acidi muriatici Uncia dimidia. Quo saepius efficitur, ut intra quindecim dies tinea penitus medeatur. Ubiunque singulae crustae regenerantur, eodem modo solvantur et locus, ubi haerebant, eodem Unguento usque ad sanationem infricantur. Unguenti loco etiam Acidum muriaticum probe dilutum locis humidis a tinea relictis instillare licet. Eodem quoque remedio adhuc per aliquod tempus post sanationem caput lavandum.

### Unguentum pomatum.

R. Cerae albae,  
Sevi cervini (vel ovilli) ana Unciam unam,  
redigantur cum  
Musto recenti et  
Succo Pomorum borstorfianorum l. a.

in formam cerati. Quo tumores mammarum sanatos vidit Richter Dissert. de morbis mulierum Praes. Car-

theuser. Francof. 1751. — Remedium immerito ror san rejectum.

### Unguentum Sinapis.

R<sup>e</sup> Pulveris Seminum Sinapis subtilissimi Uncias tres,  
Olei Amygdalarum Unciam dimidiam,  
Succi Citri, quantum satis est, ut f. Unguentum. M.  
Laudatur ad discutienda ecchymomata a Frankio  
(Epit. IV. pg. 105.).

### Unguentum stibiatum.

R<sup>e</sup> Tartari stibiati Drachmam semis,  
Unguenti ponati Unciam.  
M. In morbis cutaneis, ulcerosis, scabie, herpete humido caet. efficax. Praeterea ubi opus est irritamento cutaneo ad derivationem e. g. in tussi convulsiva, ubi cum successu pectori supra sternum inficatur.

vel:

Rec. Tartari stibiati Drachmam semis,  
Cerati Resinae Picis Drachmas duas.  
M. Singularem hujus Unguenti, addito Oleo Cumini quandoque in efficacia sua augendi, usum, ubi derivantibus in cutem applicandis opus est, laudat Niemann (in additamentis ad Heberden Commentarien p. 456.)

### Unguentum sulphuratum.

R<sup>e</sup> Sulphuris depurati Uncias tres,  
Ammonii muriatici Drachmas duas.  
misce et adde  
Axungiae porcinae q. s. f. Unguentum.

Ad scabiem laudatur a Fritze, Annalen des klinischen  
Instituts zu Berlin, 1. Heft. Berlin 1791. pg. 93.

vel:

Rec. Sulphuris depurati Unciam,  
Olei Amygdalar. (sive Unguenti pomatini) q. s.

M. f. Unguentum. — Aquam gasse hydrogenio sulphu-  
rato impraeognatum laudat Niemann in additamentis ad  
Heberden's Commentarien. Aquae scilicet addit Kali  
sulphuratum et Acidum quoddam.

vel:

Rec. Sulphuris sublimati,  
Saponis mollis ana Libram semis,  
Radicis Veratri Uncias duas,  
Kali nitrici Drachunam,  
Adipis praeparatae Libram unam et dimidiam.

M. Hujus Unguenti, quo medici exercituum anglici et  
gallici erga scabiem plurimum utuntur, inficitur ter  
in die Uncia.

vel:

Rec. Kali sulphurati Uncias sex,  
Saponis albi Libras tres,  
Olei Lini (vel Papaveris) Libras quatuor,  
— Bergamottae (vel Thymi, vel alias cuius-  
dam Olei aetherei) Drachmas duas.

M. f. Linimentum. — Est compositio Jadeloti, in  
Gallia prae aliis famam adepta, quam denuo tanquam  
optimum antiscabiosum extulit Merat in Journal général de Medecine, de Chirurgie et de Pharmacie par Se-  
dillot. 1813.

### Unguentum terebinthinatum.

R Unguenti cerei Uncias quatuor,  
Olei Terebinthinae Drachmas sex.

Misce terendo exacte. — Laudatur Oleum Terebin-  
thinae ad usum externum in partes combustas a medi-

eis quibusdam Anglis. Sed cave, purum admoveas locis combustis, epidermide orbatis. Praestat in genere Oleum Terebinthinae Cerato miscere, ut in hoc Unguento, cuius applicatione, mane et vespere repetita, vehementem combustionem intra paucos dies sanavit J. Grodall (v. med. and physical Journal. Vol. 16. no. 4. London. 1806. pg. 513. Samml. auserles. Abhandl. für pract. Aerzte. 24. Bd. 1. St.)

vel:

Rec. Unguenti Terebinthinae,  
Electuarii Theriacae ana.

M. f. Unguentum. Deligandis anthracibus gangraenosis commendatur a Benko in Ephemeridibus meteorologico-medicis. Vol. V. 1794.

### Unguentum Zinci.

**R** Zinci oxydati albi Drachmas duas,  
tere per dimidium horae in mortario lapideo  
cum

Unguenti pomatini recenter parati Uncia.

Apprime commendatur loco remediorum saturninorum ad exsiccationem cautam ulcerum inveteratorum in cruribus, a Wendelstadt Samml. med. und chir. Aufsätze, Hadamar 1807. pg. 27. 28. Ubi vero haec ulcera putredinosa et ulcerosa fiunt, ibi acidum muriaticum efficacius invenit hic auctor.

vel:

Rec. Unguenti saturnini Unctiam semis,  
Zinci oxydati albi,  
Semin. Lycopodii ana Drachmam. M.

Ad intertriginem seu excoriationes infantum laudatur a Rosenstein (Kinderkrankheiten, herausgegeben von Murray pg. 20.). Eundem in finem quoque adhibere licet Unguentum Calcariae Hufelandi ex Aquae Calcariae ustae et Olei cuiusdam recentis partibus aequalibus.



65

---

## Index Morborum

in hoc opere commemoratorum,  
quibus composita hic tradita opponenda sunt.

---

- A**abortus. pag. 80. 291.  
Achlys 295.  
Acidum primatum viarum. 38.  
112. 146. 151. 162.  
Agalactia 192.  
Amaurosis 63. 97. 113. 125.  
134. 190. 242. 308.  
Amblyopia 242.  
Amenorrhoea 40. 50. 71. 99.  
105. 107. 110. 113. 114. 118.  
127. 152. 164. 216.  
Anasarca 117.  
Angina 274. 275. 293.  
Angina pectoris 302.  
Angina membranacea, polypo-  
sa 57. 82. 196. 197. 322.  
Angina purpura 274. 293.  
Angina scorbutica et mercuria-  
lis 271.  
Angina spasmodica 197.  
Angor et spasmi in typho 3.  
Anthrax 333.  
Aphthae 59. 93. 94. 245. 273.  
297. 298.  
Arsenici effectus 11. 94.
- A**rthriis 15. 28. 50. 65. 67.  
68. 81. 109. 115. 116. 117.  
125. 133. 136. 138. 140. 153.  
187. 197. 198. 205. 211. 240.  
243. 264. 283. 284. 287. 288.  
292. 294. 295. 311.  
Ascarides 122. 262. 264.  
Ascites 79. 170. 189.  
Asthenia 18. 90. 97. 105. 202.  
207. 214. 218. 224.  
Asthma 48. 73. 86. 108. 132.  
160.  
Asthma acutum 11.  
Asthma pituitosum 35. 60. 99.  
155. 170. 212. 219.  
Asthma rheumatico-spaticum  
178.  
Atonia intestinorum 54. 108.  
214. 216.  
Atonia nervosa 201. 203.  
Ataxia mensium et lochiiorum  
107.  
Atonia systematis resorbentis  
132.

- Atonia universalis 38.  
 Atonia vasorum sanguiferorum  
     110.  
 Atonia ventriculi 37. 184.  
 Atrophia 285.  
 Baryokia 274. 282.  
 Blepharobleorrhoea 248. 251.  
     270. 324. 326.  
 Borborygmi 51.  
 Cachexia 50. 52. 54. 152. 169.  
     215. 218. 226. 232.  
 Calculus fellens 43. 45.  
 Calculus urinarius 27. 129. 182.  
     183. 190.  
 Cancer 305.  
 Carcinoma 298. 306. 316.  
 Cardialgia 145. 256.  
 Caries 59. 70. 135. 264. 295.  
     312. 313.  
 Caro luxurians 306.  
 Cataracta 248.  
 Catarrhus 160.  
 Catarrhus asthenicus 39.  
 Catarrhus pulmonum 26. 35.  
     47. 87.  
 Catarrhus suffocatus 169.  
 Cephalalgia 97. 193. 308.  
 Chlorosis 99. 107. 114. 127. 150.  
     152. 216. 218.  
 Chorea Sti. Viti 53.  
 Colica 43. 45. 77. 254. 292.  
 Colica aquosa 13.  
 Colica infantum 176.  
 Colica menstrua 7. 76.  
 Colica pictonum 91. 230.  
 Colliquatio 17.  
 Commotiones cerebri 252. 268.  
 Condylomata 296.  
 Contagium decomponendum  
     239. 314. 315.  
 Contagium ejiciendum 214.  
 Contusiones 283. 317.  
 Convulsiones 11. 74. 97. 105.  
     163. 187.  
 Corruptio gingivarum 297.  
 Crusta lactea 56.  
 Cutis depuranda 251. 252. 286.  
     304.  
 Cynanche v. Angina.  
 Debilitas ab haemorrhagiis 233.  
 Debilitas a profusione seminis  
     150.  
 Debilitas intestinorum 146. 163.  
     226.  
 Debilitas visus 241. 242.  
 Decubitus v. excoriationes.  
 Dentitio 297.  
 Depilatio promovenda.  
 Diabetes 126. 183.  
 Diabetes aquosus 111. 183.  
 Diabetes mellitus 94. 229.  
 Diaphoresis minuenda 195.  
 Diaphoresis promovenda 141.  
 Diarrhoea 31. 43. 48. 80. 92.  
     96. 137. 142. 151. 163. 208.  
     230. 235. 258. 259.  
 Diarrhoea chronica 39. 59. 148.  
     212. 214.  
 Diarrhoea colliquativa 6. 25.  
     39. 77. 139. 212.  
 Diarrhoea in typho 174.  
 Digestio debilis 87. 212.  
 Distichiasis 322.  
 Diuresis promovenda 95. 130.  
     160. 168. 176.  
 Dolores 43. 241. 256. 266. 283.  
     286.  
 Dolor faciei 7. 190.  
 Dolores partus spurii 40.  
 Dolores ventriculi v. Gastro-  
     dynia.

214.  
 97. 105.  
 297.  
 52. 286.  
 233.  
 séminalis  
 146. 163.  
 2.  
 ones.  
 183.  
 29.  
 195.  
 da 141.  
 80. 92.  
 63. 208.  
 59. 148.  
 6. 35.  
 2.  
 95. 130.  
 66. 283.  
 0.  
 Gastro-
- Dysenteria** 31. 42. 45. 48. 78. 80. 85. 89. 91. 92. 165. 208. 230. 235. 258.  
**Dyspepsia** 37. 38. 50. 57. 136. 137. 145. 220. 224.  
**Dyspnoea** 189. 197.  
**Dysuria** 132. 230.  
**Eccymoma v. Sugillatio.**  
**Effluvium lymphae** 267.  
**Encanthis** 306.  
**Epilepsia** 5. 98. 103. 104. 128. 151. 175. 177. 206.  
**Erethismus** 89.  
**Erysipelas** 270.  
**Evacuationes colliquativae** 72.  
**Exanthemata acuta** 88.  
**Exanthemata chronica** 135. 158. 192. 240. 309. 318. 322.  
**Excoriations** 283. 293. 302. 333. 334.  
**Excoriations mammarum** 290. 334.  
**Expectoratio promovenda** 103.  
**Exulceratio vesicæ** 280.  
**Favus** 301. 320. 330.  
**Febris asthenica** 61. 68. 78.  
**Febris catarrhalis** 137.  
**Febris flava** 62. 172. 261. 289.  
**Febris intermittens** 6. 16. 46. 48. 49. 51. 52. 66. 89. 130. 141. 143. 145. 148. 149. 150. 165. 173. 188. 214. 215. 218. 291.  
**Febris lenta nervosa** 30.  
**Febris maligna** 152.  
**Febris puerperarum** 303.  
**Febris putrida** 142.  
**Fistulae**  
**Flatulentia** 88. 146. 201. 214.  
**Fluor albus** 96. 100. 175.  
**Fluxus hepaticus** 31.  
**Fluxus lientericus** 31.  
**Foeter oris** 212.  
**Fungus articuli** 160. 161. 327.  
**Galactopoiesis promovenda** 153. 192.  
**Ganglia tendinum** 326.  
**Gangraena** 8. 75. 109. 307.  
**Gastritis** 43.  
**Gastrodynia** 83. 254.  
**Gingivarum affectus scorbutici**  
**Glaucoma** 308.  
**Gonorrhœa** 19. 26. 49. 80. 281.  
**Gonorrhœa chronica** 52. 80. 89. 96. 111. 128. 129. 135. 187. 200. 206. 216. 244. 276. 277. 278. 279. 280. 282.  
**Gutta rosacea** 239.  
**Haemoptisis** 4. 52. 261.  
**Haemoptisis asthenica** 107.  
**Haemorrhagiae** 6. 13. 52. 71. 110. 127. 209. 260. 305.  
**Haemorrhagia uteri** 29. 71. 72. 79. 136. 202. 203. 276. 309.  
**Hæmorrhoides** 52. 55. 79. 85. 92. 111. 174.  
**Haemorrhoides nimiae** 79.  
**Haemorrhoides promovendæ** 71. 100. 118.  
**Hemicrania** 193.  
**Hepatitis** 124. 155.  
**Hernia incarcerata** 91. 92. 159. 270. 282.  
**Herpes** 33. 126. 329. 331. 334.  
**Hydrocele** 268.  
**Hydrophobia** 3. 35. 142. 143. 144. 163.  
**Hydrops** 15. 19. 27. 35. 52. 55. 56. 77. 83. 90. 95. 97. 99. 100. 102. 103. 106. 117. 118.

Y

122. 127. 130. 132. 135. 138. Maculae corneae 247. 295. 325.  
 155. 160. 168. 169. 170. 171. 327.  
 195. 203. 204. 207. 210. 217. Mania 110. 167. 210. 211.  
 218. 219. 220. 312. Medorrhoa muliebris 184. 276.  
**Hydrops infantum** 41. Melancholia 12. 15. 21. 76. 152.  
**Hydrops pectoris** 18. 189. 204. 154. 210. 211.  
**Hypersthenia** 22. 185. 229. 262. Metastasis lactea 254.  
**Hypocondriasis** 58. 88. 104. Meteorismus 51.  
 108. 110. 112. 114. 129. 136. 145. 152. 201. 214. 215. Metorrhagiae 100.  
**Hypopium** 250. Morbi asthenici 7. 40. 44. 52.  
**Hysteria** 112. 136. 163. 241. 253. 54. 63. 71. 186. 216. 232.  
 240. 267. 286. 316.  
**Icterus** 100. 154. 199. 220. Morbi cutanei 23. 26. 55. 73.  
**Impetigines** 124. 173. 264. 315. 121. 125. 133. 157. 292. 331.  
 320. 321. Morbi glandularum 125.  
**Infarctus** 115. Morbi hypersthenici 42. 85.  
**Inflammatio asthenica** 288. 292. 138. 231.  
 303. Morbi mercuriales 21. 23. 26.  
**Inflammatio asthenica uteri et** Morbi nervosi 4. 7. 74. 105.  
 vesicæ 59. 110. 260. 293. 316.  
**Inflammatio a frigore** 318. Morbi pectoris 16. 57. 64. 96.  
**Inflammatio hypersthenica** 227. 101. 228.  
**Inflatio ventriculi** 114. 201. Morbi pectoris asthenici 41.  
**Intestinorum debilitas v. Debita** Morbi renum 27. 80.  
 litas. Morbi systematis lymphatici  
 98. 124.  
**Irritabilitas nimia** 43. Morbi uteri asthenici 40.  
**Ischuria** 87. 132. 187. 230. 288. Morbilli 73.  
**Ichuria infantum** 87.  
**Ischuria paralytica** 96. Nausea 139. 204.  
 Lepra 133. 157. 202. 292. 299. Necrosis 70.  
**Leucophlegmatia** 132. 169. Nephelium 295.  
**Leucorrhœa v. fluor albus.** Nephritis 132.  
**Lichen** 299. Nyctalopia 158.  
**Lienteria** 126. 259. Obstructio alvi 12. 36. 58. 92.  
**Lippitudo** 324. 129. 131. 133. 163. 167.  
**Lithiasis renum et vesicæ** 64. Obstructio glandularum 117.  
 170.  
**Lumbago** 288. Obstructio hepatis 102. 256.  
**Lumbrici** 122. Obstructio Mesenterii et viscerum 67. 124. 169.  
**Lues venerea v. Syphilis.**

95. 325.  
 1.  
 84. 276.  
 76. 152.  
 44. 52.  
 5. 232.  
 55. 73.  
 12. 331.  
 2. 85.  
 23. 26.  
 4. 105.  
 54. 96.  
 41.  
 shatici  
 8. 92.  
 67.  
 117.  
 56.  
 visce-  
 95. 325.  
 1.  
 84. 276.  
 76. 152.  
 44. 52.  
 5. 232.  
 55. 73.  
 12. 331.  
 2. 85.  
 23. 26.  
 4. 105.  
 54. 96.  
 41.  
 shatici  
 8. 92.  
 67.  
 117.  
 56.  
 visce-
- Odontalgia** 193. 209. 256. 303. 304.  
**Oedema** 169. 170. 218.  
**Ophthalmia acuta** 249. 250.  
**Ophthalmia chronica** 248. 283. 322. 323. 324. 325.  
**Ophthalmia cum constrictione spastica** 249.  
**Ophthalminia humida** 247. 250. 323.  
**Ophthalmia neonatorum v. Blepharobleorrhoea.**  
**Ossium morbi** 134. v. etiam *Caries.*  
**Panaritium** 319.  
**Pannus** 323. 324.  
**Paralysis** 93. 130. 150. 209. 246. 257. 286. 292. 293. 306. 311. 318.  
**Paralysis musculorum faciei nis.**  
**Paralysis rheumatica** 256.  
**Paralysis systematis uropoietici** 147.  
**Pestis** 311.  
**Petechiae** 78.  
**Phimosis** 269. 277.  
**Phthisis incipiens** 87.  
**Phthisis pituitosa** 25. 102. 107. 185. 208.  
**Phthisis pulmonalis** 4. 19. 24. 25. 26. 30. 36. 55. 99. 108. 110. 142. 147. 165. 184. 191. 203. 204. 227. 233. 314.  
**Phthisis ulcerosa** 36.  
**Phyeonia** 161.  
**Pneumonia** 60. 234.  
**Pneumonia asthenica** 145.  
**Pneumonia hypersthenica** 16.  
**Podagra** 67. 82.  
**Psora** 8. 299. 302.  
**Psorophthalmia** 324.
- Reconvalescentia a morbis asthenicis** 216.  
**Relaxatio** 90.  
**Rhachitis** 52. 153. 161. 166. 170. 214. 225.  
**Rheumatismus** 8. 20. 21. 28. 41. 58. 109. 153. 172. 173. 219. 255. 264. 284.  
**Rheumatismus aurium** 320.  
**Rheumatismus chronicus** 116. 121. 137. 173. 187. 190. 204. 256. 284. 284. 285. 309.  
**Ructus acidi** 83.  
**Ructus aquoso-pituitosi** 13.  
**Salivatio minuenda** 245. 275.  
**Salivatio promovenda** 306.  
**Scabies** 126. 134. 157. 291. 298. 299. 300. 315. 319. 321. 322. 330. 331. 332. 334.  
**Scarlatina** 73. 169. 243. 272. 181. 293.  
**Scirrhus** 111. 124. 143.  
**Scirrhus ventriculi** 12.  
**Scorbutus** 27. 32. 145. 150. 185. 214. 218. 224. 225. 245. 246. 271. 273. 275. 297.  
**Scrophulae** 7. 32. 52. 55. 98. 109. 189. 225. 285. 289.  
**Scrophulae cum syphilitide junctae** 32.  
**Soper** 252.  
**Spasmi** 7. 10. 74. 76. 77. 78. 105. 106. 110. 112. 128. 136. 145. 148. 164. 175. 177. 178. 201. 205. 211. 236. 241. 261. 266. 288. 292. 303.  
**Spasmi infantum** 176.  
**Spasmi intestinales** 105. 133.  
**Spasmi vesicae urinariae** 30.  
**Spasmi in typho** 3.  
**Spasmi uterini** 7. 29.

- Spasmi uterini post partum.  
 Sphacelus 298.  
 Sternutatio promovenda 308.  
 Stranguria 162. 196.  
 Struma 29. 148. 166.  
 Sugillationes 265. 283. 288. 291.  
     331.  
 Surditas 274. 278. 282.  
 Syphilis 5. 9. 14. 21. 23. 26.  
     27. 32. 33. 55. 66. 69. 82.  
     84. 109. 111. 119. 120. 123.  
     124. 126. 156. 157. 190. 320.  
     321. 328. 329.  
 Tabes dorsalis 312.  
 Taenia 21. 32. 33. 122. 127. 154.  
     171. 174. 179. 180. 181. 182.  
 Tinea 124. 225. 244. 253. 291.  
     300. 301. 330.  
 Torpor 67. 74.  
 Torpor genitalium 101.  
 Torpor intestinorum 51. 115.  
 Trichiasis 322.  
 Trismus 198.  
 Tumores frigidi 117. 257. 266.  
     284. 289. 291. 293. 312.  
 Tumores glandularum 111. 161.  
     266. 293. 294.  
 Tumores lactei mammarum  
     254. 301. 317. 330.  
 Tumores ossium 264.  
 Tumores scrophulosi 289.  
 Tussis 24. 64. 96. 160. 162.  
     171. 235.  
 Tussis catarrhalis 16.  
 Tussis convulsiva 34. 48. 65.  
     79. 144. 163. 177. 178. 200.  
     208. 210. 220. 257.  
 Tussis cruenta 260.  
 Tussis irritativa 4.  
 Tympanites 86.  
 Typhus 17. 18. 40. 51. 52. 54.  
     58. 62. 63. 69. 74. 78. 109.  
     186. 207. 211. 214. 215. 232.  
     240. 258. 261.  
 Typhus acutus 30. 62.  
 Typhus petechialis 79.  
 Typhus putridus 97. 109.  
 Typhus cum spasmis 164.  
 Typhus cum torpore 44. 76.  
 Ulcera 268. 271. 281. 298. 301.  
     316. 317. 319. 331. 334.  
 Ulcera herpetica 300.  
 Ulcera humida 118. 192.  
 Ulcera inveterata 255. 318. 333.  
 Ulcera linguae 246.  
 Ulcera mercurialis 123.  
 Ulcera oris et faecium 245.  
     246. 272. 273.  
 Ulcera maligna putrida 265.  
     299. 319.  
 Ulcera saniosa 306.  
 Ulcera scrophulosa 306.  
 Ulcera venerea 273. 298. 318. 327.  
Acidu

- Variolae 73. 88. 134. 178. 267.  
     328.  
 Variolarum morbi secundarii  
     134. 328.  
 Venena 230.  
 Vermes 7. 21. 22. 24. 36. 37.  
     46. 50. 61. 83. 112. 121.  
     122. 131. 152. 165. 167. 171.  
     174. 175. 184. 189. 212. 226.  
 Verrucae 296.  
 Vomitus cruentus 260.  
 Vomitus inhibendus 12. 48.  
     137. 139. 288.  
 Vomitus promovendus 13. 151.  
     159.  
 Vulnera 294. 309. 319.  
 Vulnera combusta 287. 333.  
 Vulnera mala 268.

---

 Index

Index  
**medicamentorum simplicium**  
 in compositis hoc opere traditis,  
 receptorum.

- A**cetum aromaticum pag. 186. Acidum tartaricum 138. 152.  
 — Belladonnae 98. 266. Aether aceticus pag. 229.  
 — camphoratum 258. — sulphuricus 5. 61. 62.  
 — concentratum 3. 86. 67. 69. 71. 78. 92.  
 228 97. 193. 198. 207.  
 — crudum 66. 98. 99. 185. 282. 312.  
 194. 239. 267. 310. Aerugo 247. 294. 300. 319. 323.  
 — destillatum 3. 267. Albumen ovi 247. 250. aliis-  
 296. 305. que locis.  
 — saturninum 250. 270. Alcohol vini v. Spiritus vini  
 280. 293. 316. 323. rectificatissimus.  
 — scilliticum 73. 95. 317. Allium 239.  
**A**cidum aceticum 229. 267. 315. Aloe lucida 99. 104. 118. 121.  
 — benzoicam 108. 129. 122. 254. 287.  
 145. 208. Alumen crudum 6. 17. 29. 72.  
 — hydrocyanicum 4. 79. 100. 108. 109. 128.  
 — muriaticum 5. 66. 68. 136. 139. 233. 245. 247.  
 186. 296. 297. 314. 249. 275. 282.  
 — muriaticum oxygena- ustum 183.  
 tum 68. 271. 291. 329. Ambra grisea 101. 198. 212.  
 — nitricum 5. 69. 264. Ammoniacum 73. 101. 102. 103.  
 298. 329. 105. 107. 112. 114. 129. 132.  
 — phosphoricum 59. 69. 196. 252. 254. 278. 317.  
 70. 202. 228. 229. Ammonium carbonicum 84.  
 258. 264. 295. 313. 254. 266. 283.  
 — succinicum 86. 129. — carbonicum pyro-  
 — sulphuricum concen- oleosum 35. 74.  
 tratum 13. 77. 211. 76. 112. 113. 114.  
 — sulphuricum dilutum 128. 141. 205.  
 6. 48. 70. 184. 194. — causticum 274.  
 240. 259. 271. 296. muriaticum 82. 100.  
 320. 175. 219. 265. 275.  
 302. 306. 321.

- Ammonium muriaticum depuratum* 16. 66. 118.  
 — 141. 247. 268.  
 — *muriaticum marm. tiale* 1. 8. 170.  
*Amygdalae* 41. 42. 212. 286.  
*Amylum* 109. 261. 304.  
*Aqua aromatica* 7. 44. 64. 74.  
 80. 89. aliisque locis.  
 — *Calcariae ustae* 38. 183.  
 247. 287. 299.  
 — *Cardui bened.* 6.  
 — *Cerasorum* 82.  
 — *Chamomillae* 87. 248.  
 — *Cinnamomi sine vino* 7.  
 37. 40. 63. 68. 78. aliisque locis.  
 — *Cinnamomi vinosa* 54.  
 55. 61. 81. 204.  
 — *Cochleariae* 272. 313.  
 — *Florum Aurantii* 70. 251.  
 — *Foeniculi* 60. 81.  
 — *Hyssopi* 73.  
 — *Juniperi* 20. 83. 138.  
 — *Laurocerasi* 12. 85. 295.  
 — *Melissae* 7. 76. 84. 92.  
 — *Menthacrispae* 62. 86.  
 — *piperitae* 7. 11.  
 19. 37. 40. 52. 58. 60.  
 70. 85. al. loc.  
 — *Petroselini* 19. 79.  
 — *Raphani rusticani* 86.  
 — *Rosarum* 88. 239. 241. al. 1.  
 — *Salviae* 45. 73. 77. 88.  
 — *Sambuci* 41. al. loc.  
 — *Saturninæ* 249. 250. 275.  
 302.  
 — *Selterana* 8.  
*Argentum nitricum* 103. 187.  
 265. 299.  
*Arsenicum album* 65. 143. 187.  
 188. 305. 306. 316.
- Asa foetida depurata* 9. 74. 99.  
 104. 105. 112. 113. 121.  
 127. 128. 133. 154. 205.  
 259.  
*Auripigmentum* 304.  
*Baccae Juniperi* 34. 56. 86. 168.  
 217. 219. 310.  
 — *Lauri* 161. 311.  
*Balsamum canadense* 193. 206.  
 — *Copaivae* 49. 80. 111.  
 124. 129.  
 — *de Mecca* 294.  
 — *indicum* 290.  
 — *moschatum* 286. 291.  
 — *peruvianum album*  
 107.  
 — *peruv. nigrum* 107.  
 113. 198. 223. 256.  
 287. 290. 319.  
*Sulphuris simplex*  
 102.  
 — *tolutanum* 207.  
*Baryta muriatica* 7. 189. 295.  
*Bismuthum oxydatum* 145.  
*Boletus suaveolens* 25. 30.  
*Bolus armenia* 251. 323.  
*Borax* 59. 93. 94. 247. 251. 272.  
 276. 297.  
*Butyrum Cacao* 290.  
*Cacao* 223. 224.  
*Calcaria* 12. 267. 304.  
 — *sulphurata* 147. 240.  
 287. 314.  
 — *sulphurato-stibiata* 8.  
 109.  
 — *sulphurica* 12.  
*Calx v. Calcaria.*  
 — *Antimonii cum Sulphure.*  
*v. Calcaria sulphurato-stibiata.*  
*Camphora* 3. 8. 35. 40. 41. 60.  
 74. 75. 76. 97. 105. 109.  
 113. 120. 122. 125. 134.

- Camphora 136. 142. 144. 147. Cortex Chinæ fuscus s. offici-  
     151. 152. 155. 163. 173.  
     193. 208. 211. 239. 252.  
     284. 288. 308.  
 Cantharides 41. 147.  
 Carbo purus 36. 109.  
     — Spongiae 166.  
 Cardamomum minus 50. 132.  
     219. 236. 310.  
 Caricæ 191. 192.  
 Caro vitulina 227.  
 Caryophylli 193. 217. 225. 236.  
     310. 312.  
 Cassia cinnamomea 140. 175.  
     alisiqne locis.  
 Castoreum sibiricum 39. 76. 104.  
     113. 148. 164.  
 Catechu 30. 92. 148. 212. 245.  
     278. 297. 305. 307. 313.  
 Cera alba 31. 213. 255.  
     — flava 31. 242.  
 Cerasa nigra 224. 229.  
 Cerevisia 15. 223.  
 Cetaceum 64. 189. 255. 290. 328.  
 Cinnabaris 111. 179.  
 Coccionella 313.  
 Colla animalis 48.  
     — piscium 47.  
 Colocynthis 15. 18. 150.  
 Colophonium 255.  
 Conchæ 139. 155.  
 Conservæ Rosarum 14. 64. 130.  
     — Sabinae 15.  
 Cornu Cervi 47. 226. 229. 230.  
     — — ustum 161. 179.  
     306.  
 Cortex Avensturæ 51.  
     — Aurantiiorum 22. 58. 140.  
     171. 175. 193. 215.  
 — Cascarillæ 140. 148.  
     149. 214.  
     — Chinæ regius 16. 17. Elaterium 243.  
     149. 178. 277.
- Cortex Chinæ fuscus s. offici-  
     nalis 18. 30. 32. 53. 54.  
     55. 69. 75. 215. 223.  
     — ruber 183.  
 — Cinnamomi 24. 34. 38.  
     56. 236.  
 — Citri recentis 227.  
 — Mezerei 274.  
 — Nucum Juglandis im-  
     maturus 23. 300.  
 — Pruni Padi 28.  
 — Quercus 165. 175. 245.  
     259. 268. 293. 302.  
     — Winteranus 152.  
 — Creta præparata 80. 151.  
 — Crocus 39. 62. 107. 118. 164.  
     176. 198. 298. 212. 294.  
 — Cubebæ 310.  
 — Cucumis 19.  
 — Cuprum ammoniatum 151.  
     — oxydatum carboni-  
         cum 66.  
     — sulphuricum 4. 111.  
         151. 184. 202. 277.  
         294. 305. 318. 319.  
 — Domiportae 182.  
 — Ebur ustum 179.  
 — Elaeosaccharum Anisi 145.  
     — Chamomillæ 89.  
         141.  
     — Cajapnt 150.  
     — Cinnamomi 149.  
     — Flavedinis Citri  
         47. 139. 146.  
     — Foeniculi 153. 176.  
     — Juniperi 168.  
     — Menthae piperi-  
         tae 88. 140. 142.  
         146.  
     — Valerianæ 175.  
 — Electuarium e Senna 36.

- |                            |                     |                       |                     |
|----------------------------|---------------------|-----------------------|---------------------|
| Electuarium Theriaca       | 35. 264.            | Extractum Gentianae   | 3. 8. 87.           |
|                            | 333.                |                       | 104. 111. 114.      |
| Elixir e Succo Liquiritiae | 65.                 | Graminis liquidum     |                     |
|                            | 196.                | 87.                   |                     |
| Emplastrum Lithargyri com- |                     | Gratielae             | 12. 33. 154.        |
| positum                    | 255. 256.           | Hellebori nigri       | 105.                |
| Emulsio camphorata         | 80.                 |                       | 118.                |
| Essentia v. Tinctura,      |                     | Hippocastani          | 40.                 |
| Euphorbium                 | 310.                | Hyoscyami             | 43. 77.             |
| Extractum Absinthii        | 37. 102.            |                       | 125. 141. 145. 158. |
|                            | 106. 108. 129.      |                       | 174. 185. 210. 248. |
| — Aconiti                  | 67. 115. 121.       | Ligni campechiensis   |                     |
|                            | 219. 238.           | 39. 59. 93. 94. 214.  |                     |
| — Aloes                    | 71. 100. 113.       | — Guajaci             | 82.                 |
| — Arnicae                  | 74. 129. 134.       | — Quassiae            | 38. 82.             |
| — Belladonnæ               | 12. 303.            |                       | 163. 122. 128.      |
| — Cardui Benedicti         | 37.                 | Marrubii              | 85. 87. 107.        |
|                            | 39. 105. 108. 109.  | Millefolii            | 88. 106.            |
|                            | 129.                |                       | 111. 125.           |
| — Cascarillæ               | 89. 92.             | Myrrhae               | 25. 71. 100.        |
|                            | 107. 126.           |                       | 107. 114. 127. 129. |
| — Centaurii minoris        | 58.                 |                       | 184.                |
|                            | 106.                | Nucum Juglandis       |                     |
| — Chamomillæ               | 98. 110.            | 60. 83. 121.          |                     |
|                            | 298.                | — vomicar.            | 19. 42. 91.         |
| — Chelidoniæ               | 77. 84. 102.        | Opii                  | 84. 91. 103. 107.   |
| — Chinæ aquosum            | 37.                 |                       | 185. 233. 244.      |
|                            | 59. 78. 87. 93. 94. | Rhei                  | 121. 122.           |
|                            | 110. 111. 128. 260. | — compositum          | 122.                |
| — Chinæ frigide para-      |                     | Rhus radicans         | 93.                 |
| — tum                      | 16. 77. 312.        | Sabinae               | 15.                 |
| — Cochleariae              | 106. 108.           | Senegae               | 161.                |
| — Conii maculati           | 78. 79.             | Tanaceti              | 131. 167.           |
|                            | 111. 115. 134. 157. | Trifolii aquatichi    | 95.                 |
|                            | 161. 219. 298.      |                       | 135.                |
| — Corticum Aurantio-       |                     | Valerianae            | 40. 104.            |
| rum                        | 37.                 |                       |                     |
| — Digitalis                | 185.                | Fabæ Pichurim         | 191.                |
| — Dulcamarae               | 116. 125.           | Farina Seminum Avenae | 310.                |
|                            | 132. 161.           | — secalina            | 289.                |
| — Elaterii                 | 189.                |                       |                     |
| — Ferri pomatum            | 87.                 | Fel Tauri             | 131. 166.           |
| — Fumariae                 | 106. 108. 124.      | — — inspissatum       | 102. 112.           |
|                            |                     |                       | 285. 289. 327.      |

- Fel Vituli 278. 329.  
 Ferrum muriaticum 189.  
 dum  
 — oxydatum fuscum 152.  
 195.  
 — oxydulatum nigrum 126.  
 — pulveratum 14. 112. 114.  
 127. 128. 149. 152. 216.  
 217.  
 — sulphuricum 21. 37. 89.  
 99. 104. 114. 127. 131.  
 150. 171. 174. 209. 315.  
 Flores Aquilegiae 271.  
 — Arnicae 113. 142. 235.  
 — Aurantii 236.  
 — Auriculae 235.  
 — Cassiae 146. 193.  
 — Chamomillae romanae  
 10.  
 — vulgaris 149.  
 — Citri 198.  
 — Lavendulae 198.  
 — Lythri Salicariae 25.  
 — Meliloti 235.  
 — Primulae 235.  
 — Rosarum 47. 198. 235.  
 — Sambuci 50. 240.  
 — Verbasci 192. 235.  
 Folia Aurantii 225.  
 — Persicae 27.  
 — Sabinae 15.  
 — Sennae 28. 61. 154. 162. 171.  
 — Theae 29.  
 Formicae 205.  
 Fructus Aurantiorum v. Poma.  
 — Ribium rubrorum 225.  
 — Rubi Idaeи 225.  
 Fuligo 108. 205.  
 Fungus Salicis 47.  
 Furfur amygdalinum 251.  
 Galbanum depuratum 9. 113.  
 114. 115. 127. 254.  
 Gallae 216. 278.  
 Glandes Quercus 225.  
 Gummi Guttae 37. 117. 179.  
 180. 181.  
 Hederae 106.  
 Juniperi 106. 108.  
 Mimosae 31. 41. 42. 43.  
 80. 81. al. loc.  
 Senegal 29.  
 Tacamahac 253.  
 Tragacanthae 89.  
 Helices 227.  
 Helmintochorthon 21.  
 Herba Absinthii 50. 147.  
 — Aconiti 197.  
 — Anagallidis 141.  
 — Belladonnae 143. 144. 195.  
 272.  
 — Cardui benedicti 118. 179.  
 — Centaurii minoris 140.  
 — Chaerophylli 192.  
 — Chamaedrys 140.  
 — Chamaepityos 140.  
 — Chenopodii ambrosiaci 53.  
 — Cochleariae 223. 271.  
 — Conii 184. 243. 272.  
 — Digitalis 19. 20. 54. 55.  
 151. 152. 169. 203. 204.  
 — Gratiolae 21. 154. 191.  
 — Foeniculi 192.  
 — Hyoscymami 260.  
 — Hyssopi 193.  
 — Jaceae 23. 55. 56.  
 — Ledi palustris 260.  
 — Lichenis islandici 24. 25.  
 26. 47. 96. 224. 226.  
 — Malvae 192. 243. 260.  
 — Menthae crispae 9. 252.  
 — — piperitae 9. 10. 40.  
 — Mercurialis 278.  
 — Mesembryanthemi 64.  
 — Millefolii 25.  
 — Nicotianae 130. 207. 218.  
 301.

- Herba Petroselini** 193.  
 — Roris marini 14. 50. 266.  
 — Rutae 252.  
 — Sabinae 58. 59. 209.  
 — Salviae 246. 271. 275.  
 — Scordii 266.  
 — Serpylli 10. 236.  
 — Spigeliae 212.  
 — Tanaceti 263.  
 — Taraxaci 87.  
 — Trifolii fibrini 220.  
 — Uvae ursi 29. 176.  
 — Veratri 302.  
 — Vincetoxicii 220.  
 — Violae tricoloris vid. Juncceae.  
**Hordeum perlatum v. Semina Hordei.**  
**Hydrargyrum muriaticum corrosivum** 33. 82. 119. 120. 190. 200. 248. 268. 272. 273. 296. 321.  
**Hydrargyrum muriaticum mite** 15. 116. 120. 121. 122. 124. 154. 155. 157. 158. 167. 179. 211. 261. 262. 279. 308. 321.  
**Hydrargyrum muriat. praeципитatum** 299. 321. 322.  
**Hydrargyrum nitricum** 123.  
 — oxydatum rubrum 14. 156. 306. 320. 322. 323. 326.  
 — oxydulatum nigrum 115. 122. 125. 156. 319. 326.  
 — purum 14. 22. 118. 189. 277. 326.  
 — stibiato - sulphuratum 125. 157.  
 — sulphuratum nigrum 36. 158. 176.  
**Ichthyocolla** 279.  
**Ius carnium** 64.
- Kali carbonicum depuratum** 10.  
 — 11. 46. 48. 56. 66. 84. 89. 149. 180. 185. 186. 187. 217.  
 — causticum siccum 244.  
 — nitricum depuratum 22. 42. 85. 159. 164. 262. 263. 288. 302. 309. 332.  
 — nitricum stibiatum 142.  
 — sulphuratum 11. 109. 183. 197. 332.  
 — sulphuricum 77. 146. 155. 158. 173.  
 — tartaricum 21. 71. 85. 167. 185.  
**Kino** 6. 111. 125. 279. 309.
- Lacca** 307.  
**Lac vaccinum** 23. 233. 262.  
**Laudanum** 310.  
**Lapides cancrorum** 146. 154. 177. 307.  
**Lapis causticus** 9.  
 — punicis 23. 29.  
**Lignum Aloes** 177.  
 — Gnajaci 20. 27.  
 — Quassiae 25. 26. 57. 85.  
 — Sassafras 20. 26. 27.  
**Limaces domiporti** 182.  
**Linimentum ammoniatum** 283. 284.  
 — saponato - camphoratum 291.  
**Liquor Ammonii acetici** 35. 73. 74. 79. 81. 86. 207. 275.  
**Liquor Ammonii anisatus** 201.  
 — carbonicia aquosus 6. 243. 293.  
 — caustici 84. 86. 241. 284. 285. 286. 292. 293. 303.  
 — Ammonii pyro - oleosi 136.

Liqu

Lith

Lixi

Lyc

Mag

Mal

Mar

Mai

Mas

Mel

Mel

Mic

Mil

Mix

- m 10.  
4. 89.  
217.  
4.  
22.  
263.  
142.  
183.  
155.  
167.  
9.  
2.  
154.  
.85.  
7.  
283.  
sho-  
73.  
5.  
201.  
no-  
493.  
86.  
292.  
cosi
- Liquor Ammonii succinici 65.  
— — vinosus 193.  
— Capri ammonio-mu-  
riatici 9.  
— Hydargyri muriatici  
corrosivi 247.  
— — nitrici 195.  
— Kali carbonici 83. 94.  
239. 292.  
— — caustici 86.  
— — puri 5.  
— Myrrhae 280. 302. 328.  
— pyro-tartaricus 174.  
— Saponis stibiat 67. 199.  
202.  
Lithargyrum 245. 327.  
Lixivium Saponis 298.  
Lycopodium 87. 162. 196. 333.  
334.  
Magnesia carbonica 12. 56. 83.  
86. 139. 145. 146.  
153. 158. 162. 166.  
172. 174. 176.  
— sulphurica 6. 12. 92.  
263.  
— usta 52.  
Malthum 27.  
Manganesium muriat. 126. 273.  
— oxydatin nativ-  
vum 314. 315.  
— sulphuricum 328.  
Manna 42. 61. 91. 137. 233. 261.  
Mastiche 213. 287. 327.  
Mel commune 19.  
— despumatum 21. 98. 232.  
273.  
— rosatum 246. 264.  
Meloes majales 34. 35.  
Mica panis 119.  
Millepedae 63. 64.  
Mixtura oleoso-balsamica 241.
- Mixtura sulphurico-acida 31.  
32. 70. 229.  
— vulneraria acida 193.  
Moschus 6. 34. 88. 128. 144. 145.  
163. 164. 196. 198. 255.  
Mucilago Gummi Mimosae 6.  
32. 72. 74.  
— Tragacanthae 212.  
Mustum recens 330.  
Myrrha 9. 14. 89. 99. 101. 107.  
108. 118. 129. 143. 164.  
173. 184. 254. 267. 276.  
286. 307. 327. 328.  
Naphtha vid. Aether.  
Natrum aceticum 131. 168.  
— carbonicum crystalli-  
satum 8. 32. 57.  
— carbonicum siccatum  
36. 50. 117. 129. 138.  
301.  
— muriaticum 8. 12. 289.  
314. 315.  
— phosphoricum 90.  
— sulphuricum crystalli-  
satum 8. 36. 90. 137.  
180.  
Nuccs Juglandis 23. 24.  
— moschatae 30. 80. 151.  
161. 165. 198. 232.  
— vomicae 165.  
Nuclei Coffeae 225.  
Oleum Amygdalarum 43. 64.  
94. 182. 243. 288. 292. 331.  
— Amygdal. aeth. 4. 10.  
— animale aethereum 13.  
67. 199. 283. 287.  
— — foetidum 285.  
— Anisi aethereum 144. 208.  
— Baccarum Juniperi 102.  
— Bergamotiae 307. 332.  
— Cajaput 67. 88. 113. 117.  
175. 216. 255. 303. 315.

## Oleum Carvi 110.

- Caryophyllorum 97. 164.  
190. 198. 241. 284. 286.  
291. 304.
- de Cedro 307.
- Cerae 326.
- Chamomillae aethereum  
92. 241. 288. 289. 315.
- Chamomillae coctum 285.
- Cinnamomi 100. 198.
- Corticum Aurantiorum  
150.
- Foeniculi 158. 241.
- Hyoscyami 98. 285. 289.  
303.
- Hyperici 319.
- Jasmini 317.
- Lavendulae 241. 315.
- laurinum unguinosum  
257. 282. 318. 322.
- Lini 19. 91. 259. 263. 332.
- Majorani 241.
- Menthæ crispæ 114. 241.  
315. 326.
- — piperitæ 40. 154.  
199. 206.
- Myrrhae vide Liquor  
Myrrhae.
- Nucistæ 241.
- Nucum Juglandis 289.  
324. 327.
- Olivarum 44. 245. 283.  
315. 330.
- Ovorum 269.
- Palmarnum 253.
- Petrae 183. 204. 254. 256.  
292. 294. 318.
- Ricini 45. 46. 91. 181.  
261. 284.
- Rorismarini 209. 242.
- Rutæ 241.
- Sabinae 311.
- Seminum Ignatiae 285.

## Oleum Serpylli 241.

- Succini 144. 164. 242.
- Tanaceti 131. 263.
- Terebinthinae 13. 44. 174.  
187. 194. 242. 243. 281.  
288. 293. 312. 332.
- Terebinthinae sulphura-  
tum 101.
- Valerianæ 97.
- Olibanum 107. 254. 287.
- Opium 14. 30. 49. 69. 84. 106.  
115. 118. 119. 120. 130.  
133. 142. 155. 156. 164.  
172. 205. 242. 280.
- Ossa Sepiae 307.
- Oxymel Colchici 79. 90. 189.
- scilliticum 13. 25. 36.  
60. 73. 77. 87. 90.
- simplex 22. 60. 95. 242.  
263.

## Panis secalinus 227.

- triticus 230. 231.

## Passalæ minores 25. 192. 231.

## Pasta Althæae 228.

## Petroleum v. Oleum Petrae.

- Phosphorus 42. 44. 78. 97. 98.  
190. 284. 292.

## Pineæ 286.

## Piper album 257.

- cajennense 274.

## — longum 143.

- nigrum 170. 310.

## Pix burgundica 255. 257. 310.

- liquida 289.

## Plumbum aceticum 191. 209.

- 245. 249. 269. 276. 277.

## 280. 281. 296. 305. 318.

## Poma borsdorffiana 231. 332.

- Aurantii immatura 50.  
199.

## Pulpa Cassiac 243.

- Tamarindorum 34. 137.

- Pulvis aromaticus 100. 126. 143. Radix Pimpinellae 146.  
 242. — 148.  
 4. 174. — gummosus 75.  
 3. 281. — temperans 148.  
 phura- Radix Althaea 16. 96. 192. 212.  
 4. 106. 235.  
 . 130. — Angelicae 9. 306.  
 6. 164. — Ari 146. 166.  
 189. — Aristolochiae rotundae 140.  
 5. 36. 254. 271. 310.  
 90. Armoraciae 305.  
 242. Arnicae 51. 142.  
 231. Bardanae 20.  
 rae. Belladonnae 3. 144. 195.  
 7. 98. Bistortae 271.  
 2. Calami 32. 50. 52. 141.  
 2. Caryophyllatae 269.  
 2. Chinæ 23.  
 2. Colchici 98. 135.  
 2. Columbo 110.  
 2. Dictamni albi 177.  
 2. Ebuli 137.  
 2. Filicis 32. 181.  
 2. Foeniculi 192.  
 2. Gentianæ rubrae 38. 50.  
 2. 54. 140. 162. 165. 215. Resina Guajaci nativa 67. 81.  
 2. 289. — Graminis albi 22.  
 2. Helenii 319.  
 2. Hellebori nigri 21. 308.  
 2. Jalappae 32. 33. 34. 36.  
 310. 108. 159. 174. 176. Roob Sambuci 33.  
 209. Ipecacuanhae 34. 144. 159. Saccharum album 3. 6. 8. aliis-  
 277. 208. 261. que locis.  
 318. Iridis florentinae 159. 160. — Althaea 228.  
 2. 176. 212. 307. 313. — hordeatum 231. 234.  
 50. — Juuci 193. — lactis 26. 155. 166.  
 37. — Liquiritiae 20. 26. 57. 119. — 184. 233.  
 — Mezerei 27. — rosatum 174.  
 — Paeoniae 176. Sagapenum depuratum 115.

- Sal polychrestum 181.  
 Sandataca 304.  
 Sanguis Draconis 202. 304. 306.  
 Sapo guajacinus 116. 132.  
 — jalappinus 133.  
 — medicatus 46. 102. 105. 112.  
     113. 115. 129. 135. 166.  
     242. 243. 263.  
 — niger 288.  
 — Starkeyanus 180.  
 — stibiatus 115. 133.  
 Scammonium 33. 34. 181.  
 Secale corinthum 29.  
 Semen Anethi 192. 224.  
 — Anisi vulgaris 155. 176.  
     192. 224.  
 — — stellati 191.  
 — Avenae decorticatae 90.  
     257.  
 — Carvi 171. 224.  
 — Cinae cf. Sem. Santonici.  
 — Coriandri 27. 224.  
 — Cumini 9.  
 — Cydoniorum 191. 248.  
     249. 258.  
 — Delphinii 203.  
 — Foeniculi 34. 153. 178.  
     192.  
 — Hordei ex corticatum 22.  
     192. 227. 229. 230. 235.  
 — Lini 26. 93. 244. 259. 263.  
 — Orizae 230.  
 — Papaveris albi 279.  
 — Phellandrii 165. 208.  
 — Pimpinellae 193.  
 — Sabadilli 262.  
 — Santonici 32. 36. 37. 60.  
     131. 197. 181.  
 — Sinapeos 217. 218. 220.  
     246. 319. 331.  
 — Stramonii 211.  
 — Tanacei 174.  
 Serum lactis 26. 234.
- Sevam cervinum 330.  
 Siliqua Vanigliae 225.  
 Soda carbonica 65.  
 Species aromaticae 311.  
 Spiritus Angelicæ 300.  
 — Anthos 300.  
 — camphoratus 214. 250.  
     270. 293. 302.  
 — Cochleariae 272. 297.  
     304.  
 Formicarum 285.  
 Juniperi 83. 210. 311.  
 Lavendulæ 188.  
 Matricariae 243.  
 Mindereri v. Liquor  
     Ammonii acetici.  
     muriatice - aethereus  
     52. 199. 219.  
     nitrico - aethereus 45.  
     81. 83. 90. 189.  
 Rotis marinæ 206. 247.  
 Sabinae 311.  
 Saponatus 293.  
 Serpylli 293.  
 sulphurico - aethereus  
     11. 18. 40. 44. 63. 65.  
     68. 75. 76. 82. 88. 91.  
     95. 197. 198. 202. 284.  
 Vini rectificatissimus  
     4. 10. 198. 242.  
 rectificatus 3. 10. 13.  
     26. 28. 38. 54. 76. 78.  
     193 et aliis locis.  
 Spongia usta 29. 166.  
 Stannum 32. 171. 181.  
 Stibiam oxydatum album ab In-  
     tum 149.  
 — purum 23.  
 — sulphuratum nigrum  
     23. 115. 132. 133.  
     156. 172.  
 Stipites Dulcamarae 20. 55. 81.  
 Rhododendri 58.

- Strobuli Pini 271.  
 Styrax 101. 310.  
 Succinum 108. 177.  
 Succus Citri 46. 48. 85. 90. 91.  
     185. 215. 217.  
 — Dauci 305.  
 — Juniperi 83.  
 — Liquiritiae inspissatus  
     depuratus 14. 16. 26.  
     82. 103. 115. 119.  
 — Nicotianae Tabaci 328.  
 — Sambuci inspissatus 73.  
 Sulphur depuratum 134. 143.  
     144. 162. 171. 173. 184.  
     212. 310. 316. 322. 331.  
     332.  
 — praeципитatum 56. 94.  
     173.  
 — stibiatum aurantiacum  
     34. 103. 116. 117. 122.  
     124. 134. 141. 155. 157.  
     158. 159. 172. 173. 178.  
 Summitates Centaurii minoris  
     50. 220.  
 — Arnicae 17. 30.  
 Syrupus Acetositatis Citri 85.  
     aliisque locis.  
 — Althaeae 42. 45. 56. 57.  
 — Berberum 227. 296.  
 — Cinnamomi 37. 62.  
 — Corticum Aurantiorum  
     14. 17. 18. 20. 30. 32. 51.  
     aliisque locis.  
 Croci 110.  
 — emulsivus 44. 74. 81.  
     88. al. loc.  
 Foeniculi 87.  
 Mororum 228. 297.  
 opiatns 7. 42. 49. 62.  
     75. 87. 94.  
 Papaveris 31.  
 Rhamni 138.  
 Rhoeados 15.  
 Syrupus Ribium 17. 227.  
 — Rosarum 230.  
 — Rubi Idaeui 31. 48. 68. 73.  
 — Senegae 73. 196.  
     simplex 11. al. loc.  
 — Violarum 64. al. loc.  
 — Visci querni 64.  
 Tamarindi 234.  
 Tartarus boraxatus 34. 55. 95.  
     135. 137.  
 — crudus 29.  
 — depuratus 61. 85. 95. 138.  
     153. 169. 227. 234. 307.  
 — natronatus 28. 33.  
 — stibiatus 13. 25. 60. 77.  
     95. 113. 115. 151. 167. 172.  
     257. 302. 321. 331.  
 Terebinthina cocta 108. 135. 242.  
     253.  
 — veneta 103. 106. 128.  
     179. 187. 257. 264.  
     281. 328.  
 Terra japonica v. Catechu.  
     sigillata 143.  
 Testae Ostrearum 146.  
     Oyorum 148.  
 Thus 30. 175. 319.  
 Tinctura Angelicae 214.  
     Absinthii 200.  
     aromatica 58. 73. 283.  
     — acida 31. 62.  
 Asae foetidae 95. 199.  
     204.  
 Benzoes 239. 251.  
 Cantharidum 96. 200.  
     283. 284. 285. 303.  
     312. 318.  
 Castorei 7. 74. 76. 201.  
     205.  
 Chinae composita 200.  
     202. 312.  
 Cinnamomi 70. 72. 77.  
     79. 83. 202. 246.

- Tinctura Colocynthidis 202.  
 — Corticum Aurantiorum  
 37. 38. 39. 77. 201. 313.  
 — Croci 212.  
 — Digitalis 80. 103.  
 — Galbani 206.  
 — Guajaci ammoniata 67.  
 195. 308.  
 — Hyoscyami 80.  
 — Jalappae 91.  
 — Ipecacuanhae 207.  
 — Kalina 209.  
 — Kino 312.  
 — Laccae 272.  
 — Macis 201.  
 — Myrrhae 246. 272. 297.  
 312. 313.  
 — Nicotianae 90.  
 — Nucis mosehatae 201.  
 — Opii benzoica 57. 200.  
 210.  
 — crocata 7. 45. 55.  
 65. 75. 88. 91. 92. 95.  
 178. 201. 207. 210. 248.  
 259.  
 — simplex 49. 65. 72.  
 77. 82. 190. 260. 265.  
 274.  
 — Pimpinellae 303.  
 — Piperis cajennensis 303.  
 — Scillae 189.  
 — Rhei aquosa 66. 92.  
 — Valerianae aetherea 211.  
 — ammoniata 60. 214.  
 Tragea aromatica 141.  
 Turiones Pini 223.  
 Tuitia praeparata 323.
- Vinum galliticum 39. 51. 54. 56.  
 186. 214. 215. 236.  
 — hispanicum 38. 211.  
 — madeirense 62.  
 — malacense 46.  
 — rhenanum 216. 217. 220.  
 232.  
 — stibiatum 56. 65. 66. 73.  
 161. 210. 219.  
 Viscum album 176.  
 Vitellus ovi 45. 80. 81.  
 Unguentum album camphora-  
 tum 320.  
 — album simplex 316.  
 Althaeae 285.  
 basilicum 288. 317.  
 cereum 332.  
 Elemi 317. 319.  
 Hydrargyri cinere-  
 um 320.  
 Hydrargyri citri-  
 num 320.  
 pomatum 331. 333.  
 334.  
 rosatum 315. 321.  
 322. 326. 330.  
 Rorismarini com-  
 positum 316.  
 saturninum 294.  
 317. 320. 333.  
 de Styrace 319.  
 Terebinthinae 333.  
 Zincum aceticum 282.  
 — oxydatum album 126.  
 148. 167. 177. 178. 270.  
 325. 333.  
 sulphuricum 246. 250.  
 270. 276. 294. 300. 334.

51. 54 56.  
36.  
211.

117. 220.

5. 66. 73.  
19.

1.  
mphora.  
1.  
plex 316.  
35.  
288. 317.  
1.  
319.  
cinere.

citri-

31. 333.

5. 321.

330.

i. com\*

6.

294.

33.

319.

ae 333.

im 126.

78. 270.

46. 250

30. 334.

